VALENTINI GUILIELMI FORSTERI, ... LIBER SINGULARIS, ...

Valentin Wilhelm Forster,
Christian Kremberg, ...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
10 G
25
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Valentini Guilielmi
FORSTERI,
J. U. Doctoris, & Profeſſoris,

Liber ſingularis,

De

NUPTIIS.

Cui

Publica diſputatio, ſuper eadem materiâ;

Nec non

Ad Inſt. lib. 1. tit. 10.

Spicilegia quædam,

ET

Aliquot ſententiæ Germanicæ, ſubjectæ ſunt.

Ex Legato Ill.mi Coccini

WITEBERGÆ,

Sumtibus Clementis Bergeri,

Typis Johannis Matthæi.

ANNO Jubilæi Eccleſiaſtici. M. DC. XVII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
BIBL. SOC. IESU COLL. ROM.
Digitized by Google

Digitized by Google

Illuſtriſſimo, Generoſo, Spectabili & Magnifico DOMINO, DOMINO

EMERICO THURZO de Bethleemffalva, Comiti de Arvva, ejusdemq; Comitatus, ſupremo & perpetuo Comiti, Domino in Lethavva & Bitchen &c. Domino ſuo clementiſsimo.

ITEMQ;

Illuſtri & Magnifico

Dn. JOANNI OSTROZITH de Ghyletinez, L. Baroni in Ilavva &c.

NEC NON

Illuſtriſ. & Magnifico

Dn. FRANCISCO PACZOTH de Beki, L. Baroni in Nagij Tharkani, &c.

Dominis ſuis ſubmiſſè colendis.

S. P.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VT tandem aliquando, promiſſis meis, Magnific^a. V^ra. mi perluſtris Domine Comes EMERICE, in Lôſerorum oppido Prätſch / cum invicem valediceremus, factæ, ſtem, ijsque ſatis fiat; age mitto tibi, fœtum meum nuperrimè procreatum, nempe de NUPTIIS, librum ſingularem. Cur hunc inquies, & non alium, vel argumẽto digniorem, aut nitore ſplendidiorem, vel dictionis genere cultiorem? Meminit Magnif^a. V^ra., mi Domine Comes EMERICE, cum ei proficiſcẽti, vir Reverendus, D. Balthaſar Meiſner, SS. The. D. & Prof. itemq; Viri Clariſ-

ſimi

ſimi, & Excellentiſsimi, Dn. Tobias Tandlerus Medicinæ D. & Prof., nunc ἐν ἁγίοις. & Dn. M. Jacobus Martinus, Philoſoph. D. & Prof., unà mecum, ab Senatu Academico, delegati comites itineris, eſſemus, & in rhedâ, joco ſeria, prout fieri conſuevit, tractaremus, in hãc etiam de Nuptijs materiam, ventum fuiſſe.

Ibi. V. Magnif. V^{ra.} quam nervosè? quam ſuccincte? quam comiter comtè? Fateor equidem; talem ſeſe, Magnifica V^{ra.} tum temporis præſtitit, ut non ſatis potuerim mirari. Quid autem dico tum temporis? Quin potius ab eo die, quo Magnif. V^{ra.} nomen ſuum apud Academiam noſtram

profeſſa, (qui fuit 27. Julij aº. 1615.) in publicis conventibus, & converſatione crebrâ, diſputando ſimul, & perorando talem ſeſe Magnif. Vra. ſemper exhibuit, ut ſit ineffabile dictu: Cum autem faſces Academicos, à toto Senatu delatos, in ſeſe ſuſciperet Magnif. Vra. & ipſi ſceptra, per me, de quo mihi ſemper gratulari poſſum, traderentur, ibi verò demum, heroicis virtutibus eminebat, & ſplendebat, Ita namq;, munus hoc arduum, tantaq; gravitate, cum juſticia, morumq; venuſtorum comitate juncta, Magn. V. gerebat, expediebat, ut omnib9 omninò gratum & acceptum eſſet.

Quæ

Quæ, & aliæ rationes plures, me moverunt, ut libellũ hunc de Nuptijs Magnif. V^{ræ.} humilimè dedicarem, & offerrem. Conjunxi verò Magnif. V^{ræ.} Magnificos itidẽ, & illuſtres, ac Generoſos, Dnn. Dn. *Ioannem Oſtrozith*, de Ghyletinez. L. Baronem in Glavva. &c. & Dn. *Franciſcum Paczoth* L. Baronem in Nagij Tharkani. Dominos meos clementes. Quoniam dum hic eratis, & familiariter invicem converſari ſolebatis, & in eundem ſcopum, quaſi virtutum earundem æmuli, videbamini collimare.

Vvv^{as.} autem Ggg^{ras.} illuſtres & Generoſas, ſubmiſsè rogatas velim, ut munuſculum hoc admodum vile, *Sereno*

 vultu

vultu ſuſcipere, mihiſque porrò favere velint. Habebunt me viciſsim, ad omnia officia, & ſtudia, ſemper & ubiq; promtum atque paratum. Dabantur VViteberga, in feſto Michaelis Archangeli, anno Domini noſtri JESU CHRISTI, M.D.CXVII. qui nobis, Jubilæus Eccleſiaſticus, propter Augiæ Pontificale ſtabulum, beneficio Clementiſsimi DEI noſtri, per operam Divi Lutheri, purgatum; dicitur. Faxit omnipotens, & miſericors DEUS, Pater Domini noſtri JESU CHRISTI, unà cum Filio, & Spiritu Sancto, ut Salvificum verbum ipſius, ſartum tectum habeamus, & ad noſtros propagemus, donec venturus

turus

Digitized by Google

turus eſt in gloria, judicare vi-
vos & mortuos, cujus regni non erit finis. Ipſi ſit laus, honor, & gloria per omnia ſecula ſeculorum. AMEN.

Illuſtrißimar. & Generoſarum GGG. VVV.

humil. ſubmiſs.

Valentinus Guilielmus
Forſterus U. J. D.
& Prof. Publ.

Digitized by Google

Ad V. CL.

Valentinum Guilielmum Forſterum J. U. D. & Profeſſorem, Collegam & amicum ſuum.

NOcte dieq; ſtudes, ſinuoſa volumina juris,
Explanare tuis monumentis, inclyte amice
Compater & collega oculis dilectior ipſis,
Per varios caſus monſtrans diſcrimina rerum.
Nunc etiam jungis, reliquis connubia ſcriptis,
Sic laudem inſignem, decus immortalé, paraſti.

F.

VVolffgangus Hirschbachius U. J. D. & Prof. Cod. Ordinarius.

Τίμιος

Digitized by Google

Τίμιός ἐστι γάμος, μεγάλου διάταγμα
Θεοῖο,
οὐδὲ φιλεῖ κλοπίμας σαρκὸς ἀταθα-
λίας.
Τοῦγε νόμους γράψας, Θέμιδος τὴν εὐφρο-
νεούσης,
ΦΟΡΣΤΕΡ, ἀθάνατον σοὶ κλέος εὐ-
ρὺ τέκες.

M. Eraſmus Schmid, Græc.
& Math. Prof. VVit.

*FORSTERE patrigemina ma-
ximo proles
Amor Lycei, nobile & decus no-
ſtri,
Satis equidem bonorũ nominisq́;
quæſiſſe
Poteras videri, clarus undiq́; ſcri-
ptis*

Amuſſi-

Amuſsitatis & tot aureis ſcriptis,
Niſi animus opere paſceretur in luces,
Memorq́; cœli, dia quo ordia eduxit,
Labore perpete & reciprocâ curâ
Gauderet usq; vegetus, acer, infractus.
Iam Nuptiarum tota jura nuptarum.
Tereti libello promis, èque diſſertas
Qui ducere poſsint, qui minus; quibus pactis,
Quâ ætate fœmina maſculusq́; jungendi.
Licèt occuparunt, ne prior foret, multi,

Prin-

Princepsq́ ſtadium hoc magnum
ille GENTILIS
Decurrit auſus, dignatę tamen
laudis
Manent merentē præmia, moxq́
perſolvet
Tibi cultioris candidus favor ſe-
cli.
Non omnia uni contulere cœ-
leſtes:
Nec invidia hæc eſt, æmulatio do-
ctaeſt.

In gratiam Suaviſs. Dn. Col-
legæ;

F.

Auguſtus Buch-
ner Poët. Pro.
Publ.

ὀρεςῆ-

Φορστῆρον φιλέουσι νέοι, φιλέουσι γέροντες,
Καὶ μοῦσαι, τούτου βίβλον ἑλισσόμενοι,
Αἰεὶ ὄντα φίλον, συνετὸν, λογιώτατον ἄνδρα,
Ἠδὲ δίκης κριτὴν πολλὰ ἐπιστάμενον.
Θαυμάζουσι νόμων γαμικῶν πολυδαιδάλου ἔργου,
Ὕλης ὀψιγόνων, καὶ γάμου εὐδικίης.
Ποῖον χρὴ αἰτεῖν μνηστῆρα, ἢ ἄνδρα ἄκοιτιν,
Τούσδε νέους μνᾶσθαι κουριδίην ἄλοχον.
Λέκτρα συναιμα φυγεῖν κλοπίμην κακομήχανον εὐνήν.
Νύμφας καὶ κούρας μηδὲ λόγοις ἀπατᾶν.
Νόσφι δόλου, ἁγνοῦ διαπρατέμεν ἔργα γάμοιο,
Ἀλλὰ γαμεῖν νομίμως, ὡς ἀγαθοῖσι πρέπει.

Sol

Σοὶ σαφηνῶς γράψαντι κλέος καὶ ἄλκας
ὀπάζει,
Κοίρανος, εὖ διάγειν εὔχομαι ἀτρε-
κέως.

Georgius Horn
Peſnicens.

Divus

Divus Apoſtolus Paulus, 1. Timoth. 4. V. 1. & 2.

Spiritus manifeſtè dicit, quia in noviſſimis temporibus, diſcedent quidam à fide, Prohibentium nubere &c.

Idem ad Hebræos c. 13. v. 4.

Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus: Fornicatores enim, & adulteros judicabit Deus.

Salomon in Proverb. c. 18. verſ. 22.

Qui invenit mulierem bonam, invenit bonum, & hauriet jucunditatem à DOMINO.

Idem. c. 19. v. 14.

Domus & divitiæ dantur à parentib. A DOMINO autem propriè uxor prudens.

Digitized by Google

Valentini Guilielmi

FORSTERI

J.U. DOCTORIS

LIBER SINGULARIS DE NUPTIIS.

CAPUT I.

De jure nuptiarum & earundem vigore.

Hoc eſt

An nuptias contrahere liceat? & an conducat?

Continet hoc caput quæſtiones aliquot, quarum hæc eſt prima.

Num de jure divino nuptias ſive matrimonium, aut conjugium contrahere liceat?

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Q.

Prima opinio negativa. *1. Opin.*

Etenim Marcionitarum imitatores Lucianiſtæ, nuptias tanquam opus, & præceptum diaboli, damnarunt

teſte Lamberto Danæo *in comment. ad Auguſtin. de hæreſib. c. 23.*

Pontificij quoq; conjugium damnant, ut immundum, & DEO inviſum, ſtatum; & ab eo certè Sacerdotes ſuos arcent, & docent, quod omnis Clerus cœlebs eſſe debeat.

Rationes pro negativa.

Ratio 1. 1. Producunt locum Apoſtoli Pauli *in Epiſt. 1. Corinth 7. v. 1. ibi. Bonum eſt homini uxorem non attingere;* Et alium ejusdem Pauli *ad Rom. 8. v. 8. ibi: Qui in carne ſunt DEO placere non poſſunt.*

Ratio 2. 2. Quod mulier ſit opus Diaboli, Et viri quoq; partes inferiores, ab umbilico. Unde concludunt, quod utentes conjugio, Sathanæ opus impleant *teſte Epiphanio tom. 3. lib. 1. hæres. 45.*

Ratio 3. 3. Quod mulier non ſit homo. *l. ſi quis. 38. § Qui abortionis. 5. verſ. quod ſi eo mulier* Aut *homo.* Ubi per particulam AUT adverſativam (quæ naturaliter disjungit, & diverſitatem rerum inter quas ponitur, importat, *l. 53. l. hæc verba. 124. de V. S. l.*

pen.

Digitized by Google

pen. C. eod. l. ſi ita ſtipulatus 14. De V. O. Bart. & Dd. comm. in rubr. de aliment. vel cibar. legat. Jaſon. in l. ſi familia. 9. de jurisd. Marquard. de Suſa in tract. de cœlibat. c. 6. n. 9.) mulier & homo ſeparantur, ſicut etiã *in c. ſi aliquis 5. deſumto ex concilio Guarmazienſi, vel ut alij rectius Wormatienſi, extr. de homicid. voluntar. vel caſual.*

4. Quod matrimonium non à DEO, ſed ab Adamo fuerit inſtitutum. *Gen. 2. v. 23. & ſeq.* Ubi dixit Adam: hoc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea; Quãobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Quem textum gloſſa ibidem ſic interpretatur, quod Adam matrimonium inſtituerit, teſte Scoto *lib. 4. diſtinct 26 quæſt. unica. pag. mihi. 100. Richard. de media villa l. 4. diſtinct. 27. art. 1. quæſt. 2. Johann. de Colonia in quæſt. Magiſtral. 259. colum. 1. pag. 189.* Nam quod à DEO immediatè inſtitutum eſt, per nullum inferiorem mutari poteſt. Sed Eccleſia circa matrimonium aliquid immutare poteſt. Ergo non eſt à DEO immediatè inſtitutum. *Scotus & alij modò citati dict. loc.* *Ratio 4.*

Ratio 5. 5. Quoniam in jure Canonico multis in locis ſancitum eſt, quod Sacerdotes, & Levitæ cum uxoribus miſceri non debeant. *c. Sacerdotibus. 2, & ſeqq. diſt. 31.* Item quod Sacerdoti matrimonio ſemper carendum. *c. ſi Laicus. 7. d. diſt. 31.* Et quod nec Subdiaconis quidem conjugium concedatur, probant *c. 1. 2. 4. 9. 10. Et alij quàm plures, diſt. 32. & diſt. 33.*

Ratio. 6. 6. Et ultima ratio: Quod pleriq; patres voluerint, ut omnis Clerus cœlebs eſſet, & caſtitatem obſervaret. *Tertullianus, primus inter Latinos Eccleſiaſticus autor, qui vixit ſeculo ſecundo, in lib. de μονογαμία. Chryſoſtomus, qui tertio ſeculo vixit, lib. 2. de patientia Jobi, & Homil. 7. in Matth. Hieronymus contra Jovianum. Ambroſius officiorum lib. 1. c. 50. & in Epiſtola ad Titum & Timotheum, hiſtoriæ tripartitæ. lib. 9. c. 35. Auguſtin. lib. 6. confeſſ. c. 3. & ad Pelagiũ c. 24. Concilium Chalcedonenſe c. 26. Euſebius Evangelicæ demonſtrat, lib. 1. c. 9. & alij, quos refert Emondus Augerius Jeſuita in Catechismo c. 4. lect. 20. circ. fin. pag. 265.*

Secun-

Secunda opinio affirmativa.

Quod nempe matrimonium, ſive nuptias contrahere, tàm Clericis, id eſt, Eccleſiaſticis perſonis, quam Laicis ſive Secularibus de jure divino licitum & conceſſum ſit. *2. Opin.*

1. Ratio à cauſa efficiente, talis: Cujuscunq; rei Deus autor & inſtitutor eſt, ea de jure divino, ſi non mandata, licita tamen & conceſſa cenſeri debet. *Deut.* 4. *v.* 8. *Gen.* 1. Atqui vero conjugij Deus autor & inſtitutor eſt. *Matth.* 19. *v.* 4. *& ſeq. ibi: qui fecit ab initio, maſculum & fœminã fecit eos, & dixit propter hoc relinquet. &c. Et v.* 6. Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet. Ergo conjugium ſi non mandata res, tamen de jure divino licita & conceſſa cenſeri debet. Quam ſententiam alia quoq; Veteris Teſtamenti teſtimonia confirmant. *Gen.* 24. *ibi: Ipſe mittet angelum ſuum coram te, & accipies inde uxorem filio meo. Proverb.* 18. *v.* 22. *Inveniens uxorem bonam, habebit voluptatem à Domino. Et c.* 19 *v.* 14. *A Domino provenit uxor prudens. Et apud Tobiã, c.* 3. *Sara monet, DEUM ſuo quodam conſilio nuptias ſingulo-* *1. Ratio.*

 rum

rum conjugum confic-re. Item Srac. 26. & alii paſſim. Videatur elog. Salom. in Prov. c.6. v.25.

Neque verò ſtatuendum eſt, quod matrimonium à DEO ſit inſtitutum in pœnam peccati, & ad majora flagitia vitanda. Nam Heva ante lapſum condita & Adamo conjuncta fuit. *Genes. 1. v 28. & 2. vers. 18.*

Non etiam dici debet, quod de Vetere Teſtam. permiſſum ſit conjugium, non de Novo. Nam contrarium de novo teſtamento probari poteſt. *Ad Rom. 7. v. 1. Corinth. 7. Hebr. 13. Joan. 2. Matth. 19.*

Ratio 2.

2. Ratio à cauſa adjuvante. Quoniam angeli boni piorum nuptias adjuvant & pomovent. *Tob. 6. v. 11. & ſeqq.* Ubi Raphael Angelus jubet Tobiam petere Saram uxorem. *Et c. 7. v. 12.* Cum Raguel differret reſponſum, dixit ei angelus: noli timere dare eam iſti, quoniam huic timenti DEUM debetur conjux filia tua. Idem angelus *c. 8.* Dæmonium compræhendit, & ligat, ne novis conjugibus noceat.

Ratio 3.

3. Ratio à confirmatione CHRISTI, qui nuptias non ſolùm præſentia ſua, verũ etiam primo miraculo cõfirmavit & honeſtavit *Joh. 2.* Noverat, inquit Auguſtin., *ſuper*

per Matth. c. 19. venturos quoſdam, qui parum honeſtas nuptias, nec ſatis bonum judicarent eſſe matrimonij ſtatum. Cujus tamen contrarium adeò verum, ut conjugium ex Deo; conjugij ſeparatio ab autore diabolo proficiſcatur.

4. Ratio ab effectu. Quoniam à fide recedere dicuntur, qui nuptias prohibent. *1. Timoth. 4. v. 3.* In qua eàdem Epiſtola paſſim argumenta pro conjugio non ſolum Secularium, ſed etiam Eccleſiaſticarum perſonarum extant. *Ratio 4.*

5. Ratio. Quoniam honorabile & omni honore dignum conjugium dicitur *ad Hebr. c. 13. v. 4.* *Ratio 5.*

6. Et ultima ratio à fine, qui duplex eſt; unus per ſe, ſive principalior, propagatio ſobolis, & per eam conſervatio generis humani. Nam de illicito non datur præceptum affirmativum. Sed de propagatione ſobolis datur præceptum affirmativum. *Gen. 1. v. 28.* Creſcite & multiplicamini. Ergo propagatio ſobolis non eſt de illicitis. Propagari namque ſoboles extra matrimoniũ honeſtâ ratione non poteſt. *Ratio 6.*

Quod ſi animalia bruta ſpeciem ſuã cõſervare nituntur, quãtò magis hominem, qui naturaliter perfectior eſt, id decebit?

Digitized by Google

Non poteſt autem ſpeciem ſuam, in hoc mortalitatis ſtatu, ſalvare, niſi per propagationem. Ergo cum operatio hominis ſit finis ejus, *Ariſt. 1. Ethic. c. 10.* quilibet hoc velle præſumitur, ut habeat prolem. Ita namq; *Tob. 6. v. 22.* legitur: quod Tobias Saram ambiverit amore filiorum magis, quàm libidine ductus. Et Auguſtinus inquit: Bonum prolis non eſt proles; Sed ſpes & deſiderium ut, proles religioſè informetur.

Alter finis, magis accidentarius, conjugij eſt, quod ſit remedium & præſervatio cõtra tentationẽ carnis. *1. Cor 7. v. 2. & ſeqq.*

Propter fornicationem, inquit Apoſtolus ibi, unusquisq; uxorem ſuam habeat, & una quæq; ſuum virũ. Quod iterum inculcat *v. 9. & per totum caput.* Hinc Au-
,, guſtinus, infirmitas, inquit, incontinẽtiæ,
,, quæ eſt in carne per peccatum mortuâ,
,, ne cedat in ruinam flagitiorum, excipi-
,, tur honeſtate nuptiarum. Vaga namq;
,, commixtio eſt contra bonum prolis, fa-
,, miliæ, civitatis: quia proles religioſè non
,, educaretur, quippe quod pater cum ſcor-
,, to vivens non habeat certã notitiam pro-
,, lis ſuæ, & per conſequens de prole non
,, ita ſollicitus eſſet.

Neq;

Neque verò refragatur locus. 1. *Cor.*7. *Object.* *v. 1.* quòd bonum ſit homini, uxorem non tangere. Nam id non ſimpliciter, *Reſp.* ſed ſecundum aliquid intelligi debet, nempè, reſpectu tum præſentis neceſsitatis: quoniam eo tempore, cum hæc ſcriberet Apoſtolus, Chriſtianis metuendæ erant perſecutiones, & martyria.

Nam quod cœlibatum conjugio non ſimpliciter anteferat, probat ipſe Paulus *in ſeqq.* ubi tradit: quod ſtupri cavendi cauſa quilibet uxorem ſuam habere debeat. Et arguitur ex illo *Gen. 1.* Non eſt bonum, hominem eſſe ſolum. *Hunnius in d. c. 7. part. 1. pag. mihi. 197.*

Quod verò *ad Rom. c. 8. v. 8.* dicitur: qui in carne ſunt, DEO placere non poſſunt; Quamvis Innocentius iſtum locum ad conjugium applicet, *in c. propoſuiſti. 2. diſt. 52.* attamen hæc inepta, inſulſa & impia eſt interpretatio Pontificiorum, pugnans cum ſcopo textus, cum ſancta DEI ordinatione, cum tota ſacra ſcriptura. Etenim certum eſt, Patriarchas, aliosque pios conjuges veteris & Novi Teſtamenti DEO placuiſſe: qui ſanè ſecundum carnem non vixerunt: quemadmodum etiam ipſe Paulus, de

mulieribus pronunciat, ſalvari eas per generationem liberorum, ſi maneant in fide, dilectione, caſtitate & ſanctificatione. *1. Timoth. 2 Ubi Hunnius pag. mihi 781.*

Committitur igitur fallacia phraſeos. Nam in carne eſſe dicuntur, qui carnis cupiditatibus obediunt, ſive qui delictis indulgent; ſicut hoc ipſemet Paulus expoſuit *in c. 6. Vid. Hunn. ad d. c. 8. part. 2. pag. mihi 71. Et 1. Timoth 2. pag. 781. Et c. 4. part. 1. Loc. comm. 8. pag. 794. Et ad Hebr. 13. pag. 498. & alibi paſſim: præſertim in tract. de* Romana *Eccleſia & Antichriſto pag. mihi 1401.* Ubi hanc *ex Epiſtola 1. Timoth.* certiſsimam notam inter alias depromit, quod Pontifex Romanus ſit Antichriſtus.

† *Obj.* † Non Obſtat ſecunda ratio. † Nam † *Reſp.* ſimpliciter debet negari, quoniam iſtam Taciani, Encratitarum, Marcionis, Lucianiſtarum, ſecundariorum & Adamitarum hæreſin, & blaſphemum errorem, Epiphanius, Gregorius, Hieronymus, Auguſtinus, & præſertim Tertullianus in lib. ad Marcionem, alijque ſancti patres jam dudum profligarunt.

† *Obj.* † Non obſtat tertia ratio; quod mulier

lier non ſit homo. †. Nam & hoc ipſum † *Reſp.*
negandum erit. Neq; vero textus ex utroque jure producti quicquam faciũt. Nam reſponderi poteſt. 1. Quod particula *AUT* non ſemper disjungat, *l. 53. de V. S. & l. pen. C. eod.* & interdum ponitur ἐξηγηνευτικῶς interpretativè, pro JD EST. *Gothofr. in not. ad Schneid. ad Tit. de nuptijs p. mihi 62. lit. A. Berch. in tract. de pact. c. fin. n. 56. Et nos in tract. de pact. c. 8. pag. 241. Et lib. 1. Obſervat. noſtrar. c. fin.*

2. Non opponuntur in iſtis textibus mulier & homo, ſed poculis diverſis: abortionis nimirum, & amatorio, ibi relatis, diverſæ perſonæ ſubijciuntur: ſcil. abortionis poculo mulier, quoniam ei ſolidatur: amatorio verò homo, quoniam id utriq; ſexui propinari poteſt.

3. Etiam in utroq; textu per *hominem* intelligi poteſt, fœtus nondum editus in ventre ſubſiſtens, de quo nihil certi conſtat, ſitne maſculus aut fœmella, *arg. l. 9. ff. ad L. Falcid. Et per expreſſ. text. in l. 14. C. de fideicommiſſ. libert. Prurkman. in l. In multis. de ſtat. hom. part. 1 principal. memb. 2. art. 1. in fin. Gœdd. in l. 1. n. 44. de V. S.* Quorum ingenioſam ſolutionẽ etſi vellicare videatur Jacob Orloshauſen *in certamine maſculo fœmineo in acie virili, c. 5. n. 10. p. 153.*

attą-

Digitized by Google

attamen rationes ipſius tàm jejunæ ſunt, & elumbes, ut multa vel magna refutatione non egeant. Nec enim ſequitur: poculum abortionis matri datur. Ergo fœtus in utero exiſtens eo necari vel perire nequit. Nec etiam quicquam urget, quod maſculus extra ventrem conſtitutus adultior, amatorio poculo perimi poſsit. Concedamus enim totum, nihil tamen inde ſubſumi vel concludi poteſt.

† *Obj.* † Non obeſt etiam quarta ratio; quod nempe matrimonium non ſit im-

† *Reſp.* mediatè à DEO. †. Nam & hoc negari debet, & contrarium patet ex allegato loco, *Matth. c. 19. v. 4.* ſecundum illationem in prima decidendi ratione factam. DEUS igitur inſtituit & dixit; ſed Adam tanquam Præco protulit, inquit cum Scoto Johan. de Colonia *d. loc.* Et quanquam Eccleſia in ſolennitatibus & externis aliquid alterare queat, in internis tamen & eſſentialibus nihil immutare poteſt. *Scotus & Colon. dd. Loc.*

Object. Quinta quoque ratio diſſentientium, magni ponderis non eſt. Quanquam enim in jure Canonico Sacerdotibus conjugium ſit interdictum *in d. diſt. 31. &*

31. & ſeqq. & can. propoſuiſti. 2. diſt. 82. Reſpondetur. 1. Quod attamen extet *in eadem diſtinctione 31.* Canon alius incipiens: *Nicena Synodus. 12.* in quo refertur, quod Paphnutius, licet nuptiarum eſſet inexpertus, Niceni concilij patribus; cum ij ſacerdotibus conjugium abrogare vellent, in faciem contradixerit, honorabiles confeſſus nuptias, & caſtitatem eſſe dicens, cum propria conjuge concubitum. Et quod Synodus laudaverit ejus ſententiam; & hoc in uniuscujusque voluntate, non in neceſsitate dimiſerit. (*alij legunt permiſerit.*) *Reſp.*

2. Concedamus, quod jure Canonico, Clerici à conjugio removeantur, & arceantur, & quod toti ordini Eccleſiaſtico conjugium interdicatur. Attamen eſt iſtud adverſus DEI, in miniſtris etiam Eccleſiæ, fundatam ordinationem *in Epiſt. 1. Tim. 3.* Quam Exempla quoque Patriarcharum, Prophetarum, & Sacerdotum Veteris; Apoſtolorum item Novi Teſtamenti confirmant. Eſt igitur iſtud Papiſtarum traditum certum ſignum, & certa nota, quod ipſorum Pontifex ſit Antichriſtus, quemadmodum eleganter demonſtrat Hunnius *in lib. de*

Roman.

Digitized by Google

Roman. Eccleſ. & Antichriſt. pag. mihi 1405. Jn his igitur & ſimilibus nullam Juri Canonico tribuimus autoritatem. Flammis, flammis libros ſpurciſſimos barbarorum, inquit Alb. Gentil. *lib. 1. de nupt. c. fin.* Et idem Gentil. *in lib. ſingul. de libris jur. Canon. Vid. Gœdd. in tr. de ſequeſtrat. c. 1. n. 71. & ſeqq. Donell. lib. 13. comment. c. 20. Et quæ diximus in lib. de pactis. c. 8. pag. 203.*

Jus igitur Canonicum in deciſionibus cauſarum ſpiritualium, obſervari quidem poteſt, ſed quatenus juri divino non adverſatur. *Vid. conſultat. Saxonic. lib. 1. part. 1. quæſtion. matrimonial. Godelman. lib. 2. q. 1. n. 5. Scheplitz ad conſuetud. Marchic. part. 1. tit. 1. § 22. Poterit etiam videri Additionator ad Bart. cum. l. 1. ff. ſi cert. petat. lit. C.*

Adverſatur autem hac in parte juri divino. Nam quod Apoſtoli nihil conſtituerint de continentiâ, probat jus Canon. *in c. quomodo. 11. diſt. cauſa. 31. quæſt. 1. & gl. in c. propoſuiſti. diſt. 82. lit. T.* ubi quod Eccleſia quædam conſtituit quæ non fuerunt ab Apoſtolis ſtatuta, ut de continentiâ miniſtrorum. *per c. cum igitur. §. hac itaq; cauſ. 35. q. 1.*

† Non

† Non obſtat ultima ratio, ab auto- † *Obj.*
ritate Patrum deſumta. † Nam quod † *Reſp.*
in patrum dictis extra Biblia non ſit infallibilis veritas, eleganter probat Johan. Picus Mirandulan. *in Apologia. pag. mihi* 144. *&* *ſeqq. tom.* 1. Non enim inquit, *pag. mihi.* 147. *n.* 3. *&* 5. ſic leguntur iſti Patres, tanquam ex eis ita teſtimonium proferatur, ut contra ſentire non liceat. *Vid. omninò Witacker. controv.* 1. *q.* 1. *c.* 4. *pag. mihi* 16. *De quib. & ſimilibus alio loco.*

Deinde ſi patres allegatos inſpiciamus, partim de nuptijs ſecundis loquuntur, vel de πολυγαμίᾳ, & commendant cœlibatum, non verò præcipiunt, nec etiam nuptias damnant. Et Tertullianus, & Hieronymus, atque reliqui, Clericis duntaxat μονογαμίαν, ſi continentiæ dona habeant, ſuadent. Syneſius certe ſcripſit, quod DEUS ipſe & leges, & ſacra Theophili manus uxorem ſibi dederint *apud Nicephor. lib.* 14. *c.* 55. Eſt igitur honorabile connubium in omnibus *Hebr.* 13. *verſ.* 4.

SE-

SECUNDA QUÆSTIO.

An conjugium ſive matrimonium de Jure Naturali Gentium & Civili ſit licitum?

† Affirm.

† Ratio.

† QUod affirmandum putamus. †. Etenim quoniam ejus rei ſimulacra quædam, & ſcintillulæ in brutis animalibus animadvertuntur, idcirco maris & fœminæ conjunctio, Juri Naturali non immeritò quadantenus tribui poteſt. *l. 1. §. fin. de J. & J. & in pr. ſupr. de J. N. G. & C.* Deinceps apud Hebræos, Chaldæos, Perſas, Ægyptios, Græcos, & alias Gentes matrimonium in honore & uſu fuit. Et conſtat, iſta conjũctio naturali ratione, videlicet, ut genus humanũ propagetur. De jure Civili minus dubium, ut conſtat ex hoc titulo noſtro. Jtem *in ff. ex l. 23. 24. & 25. Item, in C. ex L. 5. tit. 1. & aliquot ſeqq. Et tandem ex Novellis benè multis. 2. 12. 19. 22. 39. 54. 61. 68. 74. 78. 89. 91. 97. & ſeq. 100. 117. 119. 127. 134. circ. fin. 139. & ſeq. Videatur omnino Tyraq. de jure connub. l. 1. n. 65. leg. 2. n. 75. l. 5. n. 18 & alib. paſſim.*

TER-

TERTIA QUÆSTIO.

An ſecundæ nuptiæ licitæ ſint & conceſſæ?

UBi præmittendum, quod ſecundæ nuptiæ latiore ſignificatione ſint omnes poſt primas, *l. ſi quis prioris 8. §. Talem C. de ſecund nupt. Gl. in rubr. de vulg. & pupill. ſubſtit. Bart. & alii Dd. communiter ad rubr. C. de ſecund. nupt.* ſive ſecundæ, ſive tertiæ, ſive quartæ, vel ulteriores fuerint. *Canoniſtæ communiter in rubr. Extr. de ſecund. nupt.* Quicquid igitur de ſecundis nuptijs ſtatuitur, id etiam in ulterioribus locum habet. *Dec. ad rubr. C. de ſecund. nupt.*

Nominantur etiam iſtæ ſecundæ nuptiæ, nonnunquam polygamia, vocabulo polygamiæ latius ſumto.

Secundas verò nuptias Cathari & Montaniſtæ olim abſolutè damnabant. Papiſtæ quoque tradunt, in Laicis alteras iſtas nuptias benedici non debere, ab Eccleſiæ verò miniſtris, nullo modo ferendas eſſe. *Can. ſi quis 13. diſtinct.* 34. ubi ſcribit Innocentius Papa. Si quis viduam,

licet laicus, duxerit, uxorem, non admittitur ad clerum. *Et in can. ſequente. in cip. cognoſcamus*, dicitur Clericum quemque eſſe non debere, qui ſecunda conjugia ſit ſortitus. *Et in d. c. ſi quis. in verbo laicus. gl. marginal. lit. e.* de laico dicit, inquit, quia minus videretur de eo: vel, ideo, quia ſi clericus hoc faceret, non ſolum non promoveretur, ſed omni privilegio dignitatis Eccleſiaſticæ privaretur *can. quisquis. 5. diſtinct. 84. cum ſimilib.* Abutuntur autem ad hoc, Papiſtæ Apoſtoli dicto, quod Epiſcopus unius uxoris vir eſſe debeat. *1. Timoth. 3. Tit. 1.* item quod ſint fornicationes, & proſtitutiones, & cum Antanagora ſtatuunt iteratum conjugium eſſe σεμνὴν μοιχείαν, honeſtam ſcortationem. Sed his & cæteris ipſorum non immoror, quoniam poſt alios, Balthaſar Menzerus Theologus eximius hoc argumentum luculente tractavit, *in tractatu de conjugio. cap. de polygam. pag. 9. & aliquot ſeqq.*

Sed &, quod nos propius tangit, multis Principum conſtitutionibus multisque JCtorum reſponſis odio ſecundæ nuptiæ ſubjectæ ſunt, & expoſitæ, &

& ſi quidem intra luctus annum fiant, infamia notantur, *l. 1. l. Genero 8. de his qui not. infam. cum ſimilibus relatis à* Forſtero *lib. 7. de ſucceſſ. c. 9. caſ. 1. n. 6.* Nam per ſecundas nuptias, priori marito, ejusque liberis, injuria infertur. *Nov. de non eligend. ſecundò nubentes mulieres. 2. c. 1.* Neque parentes iterum nubuntes, in adminiſtratione rerum ad filios ex primo matrimonio ſuſceptos pertinentium, ſuſpicione fraudis carent. *l. lex quæ Tutores 22. C. de in off. teſtam.* Hinc concludunt, quod filius non teneatur alere, neque dotare matrem, quæ tranſit ad ſecunda vota. Jtem, ſi quid alimentorum cauſa, mulieri legatum ſit ſub conditione; ſi permanſerit in domo, vel quam diu cum filijs erit, aut quam diu caſtè vel honeſtè vixerit, quod tum id minimè conſequatur, poſtquam ſecundis nuptijs ſe funeſtavit. Jtem quod ſubditi collectare non teneantur, ſi ſecunda vice filiam elocet.

Jtem quod mater ad ſecundas nuptias convolans, rationem reddere teneatur. Jtem quod liberorum proprietas ad ipſos non pertineat.

Et ſunt alia quædam ſecundo nubentium incommoda, quorum 49. recitat *Johan Garonius in tr. de ſecund. nupt.* Et ea, quæ materiam ſucceſſionis concernunt, ſuccinctè recenſet *Dn. Pater meus p. m. Valentin. Forſter. lib. 7. de ſucceſſ. c. 9.* Ubi ponit caſus, propter quos parentes ad ſecundas nuptias tranſeuntes, à ſucceſſione liberorum arceantur. Et *cap. 10.* in quo tractat, utrum pœna ſecundò nubentibus intra luctus annum impoſita, jure Canonico ſit ſublata. *Et c. 11. 12. 13. 14. 15. & 16.*

Etſi verò Juſtinianus *in Nov. de non eligend. ſecund. nubentibus cap. 3.* omnes pœnas, à prædeceſſoribus ſuis, ſecundò nubentibus conſtitutas, antiquaverit & ſuſtulerit: attamen in alia ſeq. *Nov. de nupt.* 22. anno, & 4. menſibus pòſt editâ, priorem illam abrogavit, & Anteceſſorum ſuorum conſtitutiones confirmavit *Forſter. d. c. 9. n. 5.*

Quamvis autem hæc, multoque plura contra ſecundò nubentes dici poſſint: qua ratione quoque Tertullianus & D. Hieronymus nonnunquam in ſecundas nuptias invehuntur *ex dictis Pauli. 1. Corinth. 7. ad Rom. 7. & 1. ad Timoth. 3.*

Divi

Divi tamen Pauli præceptum ita debet accipi, ne prohibuiſſe vel damnaſſe ſecundas nuptias videatur, ut Tertullianus ait: ſed ſatius & honeſtius eſſe, ſi ijs abſtineamus, quoniam citra periculum animæ fieri poteſt, Quod & D. Hieronymus dicit. Quid igitur inquit, damnamus ſecunda matrimonia? Minimè, ſed prima laudamus. *Videatur Forſter. d. lib. 7. c. 9. circ. fin. & Ægid. Hunn. ad iſta Pauli loca.* Quod autem ex hoc quoq; capite Lutherum noſtrum Jeſuitæ vellicant id à noſtris Theologis accuratè vindicatur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

MEMBRUM SECUNDUM.

CAPITIS PRIMI.

Q.

Sitne nubendum, id eſt, an conducat, ut quis conjugium ineat?

HActenus de primo capitis membro, videlicet an liceat contrahere matrimonium; videamus, an conducat? id eſt, an utile ſit? Nam non omne quod licet conducit, *arg. l. Non omne 144. de*

Digitized by Google

R. J. Omnia mihi licent, ſed non expediunt omnia, ſcribit Paul. *in Epiſt. 1. Cor. 10. v. 23. & conſentit Syrach. c. 37. v. 31.*

I. Opin.

Prima Opinio Negativa.

PHiloſophi conjugio ſemper fuerunt iniquiores, & major eorum pars concludunt, utile non eſſe conjugium inire. Diogenes ab omni ætate conjugium removebat.

Nam inquiebat, juveni nondum eſt uxor ducenda, ſeni nunquam τῷ νέῳ μηδέπωποτε, τῷ γέροντι μηδε πώποτε. *Vid. Lipſius centur. 1. Epiſt. 31.* Bias ille ſapiens, cum à quopiam eſſet rogatus, deberetne uxorem ducere, vel cœlibem vitam vivere, reſpondit per dilemma: aut pulchram duces, aut deformem.

Si pulchram, habebis † communem; ſin turpem, habebis † pœnam: neutrum autem bonum. Non eſt igitur uxor ducenda. *Vid. Gell. lib. 5. c. 11.* Eandem opinionem, quod non conducat uxorem ducere, defendit etiam poſt alios *Petrarcha in lib de vita ſolitar. circ. fin. Gilbert. in qq. œconom.* Ubi pro matrimonio refert

† Κοινὴν. ποινὴν.

commo-

commoda centum, contra matrimonium incommoda ducenta, & alij quam plurimi, partim gentiles, partim Chriſtiani, quos magno numero refert Johan. Nevizan. *in ſylv. nupt. lib. 1. ſub capite non eſt nubendum.*

Rationes quæ pro hac opinione proferri ſolent, circiter hæ ſunt.

† Citatur Hyeronym. *lib. 1. contra Jovian.* qui allegat locum *ex cap. 19. Matth. v. 10. & ſeqq.* Ubi poſtquam Phariſæorum tentationi de uxore dimittenda, ſalvator noſter CHRISTUS ſatisfeciſſet, dicunt ei ejus diſcipuli; Si ita eſt cauſa hominis cum uxore, non expedit nubere: quibus ſalvator ſub exemplo trium Eunuchorum virginitatis beatitudinem infert, ut ſcribit Hieronym. *ad Amand. Presbyterum ſub Can. Omnes. 7. cauſ. 32. q. 7.* Et alibi reſpondit diſcipulis: Recte ſentitis, quod non expediat homini, ad regna cœleſtia tendenti, accipere uxorem. *Can. Qui ſitit. 9. cauſ. 33. q. 5.* † *I ratio.*

Allegatur etiam pro hac opinione Canon. *Nos novimus. cauſ. 17. quaſt. 11.* Ubi dicitur: navigaſti, id eſt, uxorem duxiſti: propter onera magna matrimonij, quæ periculis æquiparantur, qualia ſubeuntur, navigando. *Petrarch. de remed. utr. fortun. lib. 1. dialog. 65. & ſeqq.*

† *Referuntur aliæ plures rationes.*

Prætendunt etiam diſplicentiam mortis filiorum. Jtem quod matrimonium ſit ſpecies ſervitutis: Jtem quod aud Majores maximè, pars negativa teneretur. Jtem vitia mulierum proferri ſolent, quod ſint fatuæ, inconſtantes, incontinentes. Jtem inconvenientia quædam, quod maritis venena miniſtrent, quod mariti ſint deriſio, ſi ſit vir notabilis; quod ſit deriſio filiorum; quod maritus indignatus, non inveniens virtutem in verbis nec in herbis, tandem eam in lapidibus & baculis quærat, quod inde proſultet inceſtus; quod ex adulterio naſcantur liberi adulterini, & putativi; quod inter fratres diſcordia oriatur, & alia quam plurima. Nevizan. *in d. l. 1. in ſylv. nupt. ſub cap. non eſt nubend. Jacob Orlosbaus. in ac. viril.*

SE-

Secunda Opinio affirmativa.

QUod imò conducat matrimonium inire. *2. Opinio.*

I. Ratio deſumta ex juris textibus, & alijs Scriptoribus probatis. Nihil hominibus utilius, dicitur *in Nov. 39. in præf. circ. fin.* Magnum ſane excellensq; donum à DEO creatore ad mortales promanavit, matrimonium: non modò enim naturæ, mortis ingluviei obnoxiæ opem fert humanoq; generi perpetuitatem elargitur, id dum ab illa depaſcitur, non omnino deperire ſinens; verum etiam per liberorum procreationem, per magna alioquin hominum vitæ præſtat. *1. Ratio.*

Nam quid eâ, quæ ex liberis percipitur, voluptate, ad oblectandos hominum animos, ſuavius, aut verò quid in humanæ vitæ negotiis, cū alijs, tum quæ in ſenectute nobis ſe offerunt, utilius. Levari ſenectutis moleſtias liberorum miniſterio videmus, inquit *Imp. Leo. Nov. 26.* Et Imp. Juſtinian. Matrimonium, inquit, ſic eſt honeſtum, ut humano generi immortalitatem videatur artificiosè in-

Digitized by Google

„ troducere, & ex filiorum procreatione
„ renovata genera manent. *Nov. 22. in præ-*
„ *fat.* Et paulo pòſt: Studium nuptiarum
„ totius eſt humanæ ſobolis. Quibus con-
„ formiter Juſtus Lipſius: Conjugiū ſi quis
„ damnet, impius ſit oportet, in utramque
„ legem, Civium & Naturæ. Et immò Do-
„ minus Deus dixit: Non eſt bonum homi-
„ nem eſſe ſolum, faciamus ei adjutorium,
„ ſimile ſibi. *Genes. 2. v. 19. & ibi graviter Lutherus adverſus Anabaptiſtas & alios.*

Hinc Bald. quod matrimonium ſit principium & fundamentum humani generis *c. 2. De reſcript.* Hinc Platonis legibus cavebatur, ut qui ad 35. annum manſiſſet cœlebs, honore nullo dignus, & omni ū poſtremus haberetur. Lycurg. Lacedæmoniorum legislator ſuos cives legibus ad matrimonium perſtrinxit. De quibus omnibus, & alijs huc pertinentibus, ſatis eleganter & rpolixè tractat Jacob. Orloshauſ. *in certam. Maſculino. fœmin. c 25. per tot. quem huc quaſi deſcriptum & relatum eſſe velim.*

Ratio 2. 2. Ratio deſumitur à dignitate, quæ triplex eſt.

1. Ratio-

1. Ratione inſtituentis, qui eſt Deus.
2. Loci, qui fuit Paradiſus.
3. Temporis, quod erat primum.

3. Ratio quoniam vulgo dici ſolet: qui non habuit uxorem, neſcit quid ſit bonum. *Neviz. n. in Sylv. nupt. lib. 3. n.* 4. *Ratio 3.*

4. Ratio Ab exemplo Majorum. Nam majores noſtri matrimonium contraxerunt, & niſi feciſſent, nos hîc non eſſemus, inquit *Hieronym. contra Jovian c. 15. Joan. Jovian. Pontan. in lib. 3. de obedientia. Ubi plenè tractat in capitibus quinq; prioribus.* *Ratio 4.*

5. Ratio, à bono prolis. Etenim idcirco filios filiasq; concipimus, atque edimus, ut ex prole eorum earumve, diuturnitatis nobis memoriam, in ævum relinquamus, *inquit Calliſtratus in l. liberorum 220. §. fin. de V. S.* *Ratio 5.*

6. Ratio à finibus varijs nuptiarum, qui ſunt: liberorum procreatio: eorundem educatio; *pr. Inſt. de J. N. G & Civ. t. t. De agnoſcend. & alend. liber. cum ſimilib.* conſtitutio, conſervatioq; nominis, & familiarũ, *l. 9. C. de queſt. l. 14. C. de legit. hered.* *Ratio. 6.*

certi-

certitudo prolis *l 83. de condit. demonſtr.* viciſſitudo munerum inter virum & uxorem: Sublevamen liberorum: de qua re latè Xenophon *in Oeconomic.* Breviter. Nuptiarum bonum, ſemper eſt bonum & eſt ſolatium humanitatis, inquit Div. Auguſtin. *in lib. de bono viduitatis, c. 8. Et extat in Can. Nuptiarum bonum 41. cauſ. 22. quaſt. 1.*

Ratio 7. 7. Ratio amicitiæ bonum inter conjuges. Quoniam inter maritum & uxorem potius eſſe videtur unitas quædam, quàm conjunctio. Sunt enim unum corpus & una caro. *Matth. 19. Can. Agathoſa. 21. circ. fin. cauſ. 27. q. 2.*

Ratio 8. 8. Ratio, ab honore & præcedentia. Quoniam conjugati reliquis paribus plerumq; non conjugatis præferuntur, *juxta Platonem & Plutarchum.*

Ratio 9. 9. Ratio, utilitas publica. Nam Reſpublica ſine matrimonio ſtare nequit: quia Naturales, & Spurij Rempublicam non efficiunt. *l. 7. §. 3. de bon. damnat. l. 1. § 15. de ventr. in poſſeß. mittend. l. 1. ſolut. matrim. Ariſtot l. 2. polit. c. 7. Plutarch. in Laconic. & in Lycurgo. Hinc Metellus apud Gell. lib. 1. Noct. Attic. c. 6.* cum orationem haberet ad populum, de uxoribus ducendis,

&

& eum ad matrimonia capeſſenda hortaretur, inter alia ſic dixit: *Si* ſine uxore, Quirites, poſſemus eſſe, omnes ea modeſtia careremus. Sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis ſatis commodè, nec ſine illis ullo modo vivi poſſit; ſaluti perpetuæ potius, quam voluptati conſulendum. Et paulo pòſt dicitur à Gellio; civitatem ſalvam eſſe ſine matrimoniorum frequentia non poſſe.

10. Ratio, quoniam uxorem ducere, pertinet ad honeſtatem politici ſtatus. Nam ut is melius conſervetur, neceſſum eſt nubere. Secus enim facientes præſumuntur vivere vitam beſtialem, ut liberiùs fornicentur. *Nevizan. d. l. 3. n. 19. & ſeq.* *Ratio 10.*

11. Ratio à peccatis evitandis. *1. Cor. c. 7.* *Ratio 11.* Apponunt etiam alias rationes ab eventu; ab experientia quotidiana; à majore parte hominum; à plerumq; contingentibus, & ſimiles. quas qui ſcire velit, videat. Nevizan. *in ſyl. v. nupt. lib. 3. per tot. Ubi num 64. dicit veriorem & communiorem opinionem eſſe, quod utile ſit, matrimonium contrahere.*

† Neq; verò moveat aliquem autoritas Diogenis & aliorum Philoſophorum. *† Obj.*

† Quan-

† *Reſp.* † Quanquam enim ipſorum tradita non ſint contemnenda, canonica tamen non ſunt; nec in probationis vim allegari poſſunt. *Bart. & Dd. communit. ad l. 1. ff. ſi cert. pet. Maſcard. de probat. c. 4. con l 287. Pacian. l. 1. c. 4. de probat. Menoch. Vol. 1. conſil. 1. circa princip. Schneid. ad §. Item precium. Inſt. de empt. & vendit. Hadr. Fulvæ. de advocat. privileg. for. &c.* Neque verò ſtringit ratio Diogenis. Nam Lipſius eam reſtringit ad ſtatum & medium ævum. *Lib. 1. Epiſt. 31. vid. Nevizan. in Sylv. nuptial. lib. 2.*

Obj. *Reſp.* Ad Biantis argumentum Favorinus jam olim reſpondit, protaſin ſive propoſitionem: non eſſe ratum & juſtum disjunctum, quippe quod ſit tertium inter iſta duo, ſtata nimirum, aut uxoria, vel venuſta forma. *Gell. lib. 5. Noct. Attic. c. 11.*

Obj. *Reſp.* Non adverſatur locus ex Matthæi *c. 19. v. 10.* citatus. Loquitur enim de ijs, qui caſtitatis & continentiæ donum habent, de quibus etiam Paul. *in Epiſt. 1. Cor.* 6. Deinde reſpondeo, quod hæc talia dicantur, non ſimpliciter, ſed ſecundum aliquid & ſub hac gemina conditione; quarum prior erat illa neceſſitas, quam Apoſto-

Apoſtolus ibi notat; poſterior verò, ſi quis continentiæ dono præditus ſit. Aliàs qui hoc deſtituitur, tenetur inire matrimonium, non habita ratione perſecutionum aut temporum.

Nam DEus ordinarium remedium, pro his qui continere nequeunt, conſtituit, nempe conjugium. Hoc medium uſurpandum, & Dominus non tentandus eſt. *Hun. ad iſtum locum*: Et *Nevizan. in ſylv. nupt. lib.* 4. Hieronym. autem *in allegato c. omnes* loquitur de adultera, quæ vivente viro nubit.

Non adverſatur, quod allegatum fuit de oneribus matrimonij. Nam propter jucunditates, quæ præponderant, & utilitates modò relatas illa non veniunt in conſiderationem. Et minus malum, habito reſpectu ad majus, non pro malo, ſed pro bono vulgò cenſetur. *Nevizan. d. lib.* 4. *n.* 3. *& ſeq.* Et quamvis conjugalis vita moleſtijs non careat; tamen & cœlibatus multo majores moleſtias habet. *Orloshauſen in certam. Maſculino fœmin. in ac. viril. c.* 25. *n.* 6. *Obj.* *Reſp.*

Non obſtat, quod matrimonium ſit ſpecies ſervitutis. Reſpondetur enim per inficiationẽ, quoniam immò Domi- *Obj.* *Reſp.*

nus

nus, & ut loquuntur, noſtri, Rex, aut Imperator, eſt quilibet in ſua domo. *Can. duo iſta 35. cauſ. 33. q. 4. Neviz. d. lib. 4. n. 17. & ſeqq.*

Obj. Non obſtat, quod, apud majores maximè, pars negativa tenetur. Nam & hoc ipſum negari debet, & per exẽpla, partim ex hiſtoria Biblica, partim ex Gentiliũ libris, partim ex omni vetuſtate, contrarium demonſtrari poteſt. Nam ut exemplum vel unum Pontificis Pij ſecundi proferamus. Is certè ſtatuebat, longè majori cum Eccleſiæ & Reipubl. incremento, minori verò cum offenſione Dei, omnibus indiſtinctè hominibus conjugia permitti, quàm Sacerdotibus ſunt interdicta. *Fulgos. lib. 2. c. 2.* Cui etiam in concilio Niceno, Paphnutius fuit aſtipulatus. *Theodor. lib. 1. c. 7. Sozom. lib. 1. c. 10. & 21. Orlosbauſen. d. c. 25. n. 9. & 10.*

Reſp. Deinde non tàm novitas, quàm veritas hereſes evincit, inquit Tertullian. in lib. adverſ. hereſes. Demus etiam, mulieres interdum fatuas, incontinentes, luxurioſas, & alijs vitijs obnoxias eſſe: ſunt tamen tales interdum etiam viri. Breviter, omnia contrahendo, rationes iſtæ,

quæ

quæ contra mulieres proferuntur, partim à particularibus ſunt, & à contingentibus. Juris conſultorum autem eſt regula: Quod non probet hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. *Bart. & alij in l. Non hoc 4. C. und. legit. Bald. part. 1. conſil. 12. Oldrad. conſil. 128.* Et argumentum à communiter accidentibus, tunc demum procedit, quando formatur ab eo, quod frequenter, & ut plurimum contingit adeſſe, & rarò abeſſe, aliàs quin non procedit, ſed habet locum ante tacta regula: Non probat. &c. id eſt, committitur fallacia conſequentis. *gl. Bald. Salicet. Alex. Jaſon. & alij commun. in d. l. Non hoc. C. unde legit. & in l. neq; natales. C. de probat. Eberhard. in Topic. in loco à communiter accidentibus 102. n. 12. Videatur etiam ad diſcurſum Orlesbauſen in pugna virili fœminea. præſertim allegato c. 25. Pruckman in l. In multis 9. ff. de ſtat. hom. Nevizan. in d. l. 4. per tot. Ubi reliquis etiam leviuſculis objectionibus reſpondet.*

Concludimus igitur, nuptias, ſive matrimoniũ, jure divino introductum, juri naturali conſonum, jureq; & civili confirmatum, & ſtatutario jure, cujusvis loci, per totum ferè terrarum orbem, comprobatum ac proinde, qui non continentiæ

dona ſpecialiter habet,

Rara avis in terris, nigroq́ʒ ſimillima cigno

ei nubendum eſſe.

CAPUT II.

DE NOTATIONE VOcabuli, unde Nuptiæ dicantur?

† 1 *Deriva. ab Hebr.*

† NUptias & connubium ab Hebræorum NUB & NUBA, quod ipſis augere, fructificare, germinare, ſeminare ſignificat, aliqui deducunt. *Cypræus de ſponſalib. c. 1. §. 33. n. 4. Et de matrim. c. 1. n. 1.*

† 2. *à Græco*

† Alij à Græco νύμφη. *Hotom de veterib. nupt. ritib. c. 15. circ. fin.* Namq́; Cornutus in Neptuno eas, qui nuptias contrahere volunt, inquit, τὰς γαμουμένας νύμφας καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ νῦν πρῶτον κρυπτομένας νέως (ita legendum non τεὸς) &c, quod nuper primū ſint obnuptæ ſeu velatæ. Νύμφη ἡ ἰσωστὶ γαμηθεῖσα. Heſich. in lexic. γεγαμμένη νύμφη καλεῖται. *Jul. Pollux. c. 3. colum. 107.*

† 3 *à Latino.*

† Plerið; tamen nuptias, à nubendo, ſic dictas exiſtimant, id eſt, ab operiendo, tegendo, velando. Neptunus, inquit Varro, quod mare, terras obnubit, ut nubes cœli, à nuptu, i. e., opertione, ut antiqui, à quo nuptiæ nuptusq́; dictus. *Varro lib. 4. de ling. Lat. pag. 18.*

Nam

Digitized by Google

Nam ducendæ, in domum viri, matronæ, certo velaminis genere, lutei videl. coloris, ut habet Plinius *lib 21. Hiſtor. Natural. c. 8. Lucan. lib. 11. de bello Pharſal Barn. Briſſon. de Rit. Nupt pag. 31.* Obnubebantur, & ita faciem in ſymbolum pudoris, atque ſubiectionis velabant. *Tertull in lib. de virginibus veland.* Atquin ait, etiam velatæ ad virum ducuntur. Unde nuptiarum nomen dictum eſſe, conſentiens in unum omnium Grammaticorum fert opinio. Nubere enim, & obnubere priſcis velare, & operire ſignificabat, inquit Sextus Pomponius non uno loco. Itemq́, Nonius & alij plurimi. Inde nuptiæ dictæ, quod pudoris gratiâ, ſe puellæ obnuberent, inquit Ambroſius in lib. de Patriarch. *Et extat in Can. nec illud 8. cauſ. 30. q. 5. Iſidor. lib. 2. de offic. c. 19.* Fœminæ dum maritantur, inquit, ideô velantur, ut noverint ſe maritis ſuis ſemper ſubditas eſſe & humiles. *Can. Fœminæ 7. ead cauſ. & quæſt.* Iterum Ambroſ. Mulier debet velare caput, quia non eſt imago DEI. *Can. mulier. 19. cauſ. 33. queſt. 5. Et can. Hæc imago. 13. ibid.* In quo ſignificatu Arnobius *lib. 3.* adverſus gentes hoc verbo uſus eſt.

Quod aqua nubit terram, appellatus eſt cognominatusq; Neptunus. *Caper in lib. de Orthographia.* Mulier nubit, inquit, quia pallio obnubit caput ſuum genasque. Velum autem id, quo nuptæ caput operiebatur, flammeum vocabatur, quod multis in eam rẽ citatis locis, Sexti Pompeij, Suetonij, Taciti, Martialis, Juvenalis, Quintiliani, Tertulliani, Ambroſij, Catulli, Apuleij, & aliorum claſſicorum prolixè ſatis oſtendit Barnab. Briſſon. *de rit. nupt. pag. mihi 29.* Videatur etiam *Hotom. de rit. nupt. c. 11. circ. fin. & c. 15. & 16. Weſenbec. in pr. hoc tit. & in pandect. de rit. nupt. n. 1.* Morem hunc à Rebecca plerią; derivant, quæ conſpecto Iſaaco ſeſe operuit: *Geneſ. 14. v. 65.* Etſi verò Cypræus hanc Varronis Etymologiã ineptam eſſe contendat *in lib. 1. de matrimon. c. 1. n. 2.* Ego tamen opinor eam defendi poſſe, quoniam Etymologias non à cauſis modò, ſed ab adjunctis etiam, & alijs argumentis derivare licet. Ita namq; videmus Ictum Ulpianum, Paulum & alios, modò duas, modò plures unius nominis Etymologias referre. Nec abſurdum etiam unius vocis *Etymologiam* non ex Latino ſolùm, ſed etiam è Græco vel Hebræo

bræo petere, de quo argumento plura *lib. 2. obſervatione. noſtrar. cap. 1.*

CAPUT III.

DE SYNONYMIS DIctionis iſtius, Nuptiæ.

NUptijs multa ſunt Synonyma. Interdū enim matrimonium dicuntur, & connubium, & conjugium, item conſortium: Interdum tamen hæc ut diverſa ponuntur, in legibus non ſolùm, ſed apud alios etiam autores, tanquā antecedētia, & conſequentia, *Hot part. 4. de caſtis nupt. c. 1. & illuſtr. q. 25. Weſenb. in par. de rit. nupt. n. 1.*

Sortita verò fuit eadem res varia nomina, ſecundum varios reſpectus. Nam à fine, prole videlicet ſperandâ, matrimonium dicitur, quod uxor cum ſpe adipiſcendi nominis materni, nubat. *Gell. 18. Noct. Attic c. 6. Forſter. de ſucceſſion. Lib 9. c. 2. n. 2. & ſeqq. Borcholt. in tract. de gradib. c. quid ſit matrimonium.*

A materia verò, conjugium metaphoricè dicitur, quod videlicet conjungantur nubentes, & ſub unum jugum redigantur. Ab effectu, conſortium: Ab adjunctis, puta ſolennibus adhibitis, nuptiæ

& connubium græcè dicitur συζυγία καὶ ἐπιγαμία. Videatur *Donell. lib. 13 comm. c. 18. circ. fin. & ibid. Additionator. Oſvvald. Hilliger.*

CAPUT IV.

DE HONONYMIA VOCABULI NUPTIARUM.

NUptiarum vocabulum æquivocum eſt, & variè accipitur; Nonnunquam pro matrimonio, concubitu, conſortio. Nonnunquam pro ſponſalibus de præſenti, ſicut Canoniſtæ loquuntur. Interdum pro convivio ſive ſolennitate nuptiali. *Cajus lib. 1. t. 4. §. 1. l. 24. C de nupt.* De qua re plura Paul. Cypræus. JC. Sleſvicenſis *lib. 1. de matrim. c.* 1. *§.* 2. quem autorem elogio ſuo commendat Guilielm. Forner. *lib.* 2. *ſelect.* 24.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT V.

DE DEFINITIONE Nuptiarum.

NUptias definit Imp. Juſtinian. *in §. 1. ſupra de patr. poteſt.* quod ſint viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem continens. Nuptiæ quando pro matrimonio ſive conſortio vitæ ſumuntur, ſunt CONIUNCTIO. Quod genus extat in jure quoq; divino *Gener. c. 2. v. 24. Matth. 19. v. 6.* ibi, quod DEUS conjunxit &c. Dicitur autem conjunctio, hoc eſt, ut nos cum Donello ſolemus explicare, ſocietas, aut certè ſpecies aliqua ſingularis contractus. *Donell. 2. comment. c. 20. & libr. 13. comment. c. 15. & 18. Mozzius de nupt. c. 1. n. 1. Cypræ de ſponſal. c. 5. §. fin.* Ponitur enim genus loco ſpeciei, quod aliàs in jure ſæpè contingit *pr. Inſtit. de Uſufr.* Obligantur enim ſibi conjuges invicem ad corporum & rerum communicationem. *1. Cor. 7. l. 1. de rit. nupr. l. 1. ff. rer. amotar. l. 1. l. 22. ſolut. matrim.* Et maritus uxorem alere tenetur, *l. 19. de rit. nupt. l. ubi. circ. fin. C. de jure dot.*

Uxor autem marito obſtringitur ad reverentiam. *Paul. ad Epheſ. c. 5. v. 21. ad Col. 3. v. 18.* Ab hac conjunctione fit, ut Juno, quæ conjugalibus fœderibus præeſſe credebatur, Juga vocaretur. *Briſſon. de ritu nupt. pag. 26. & ſeqq.* Dicuntur nuptiæ, conjunctio MARIS ET FOEMINAE.

1. Ut excludatur Sodomia, quæ propter nefandum humani ſeminis abuſum, pœnam meretur, & olim pœnâ gladij puniebatur. *l. cum in virum. C. ad leg. Jul. de adult. Nov. 77. Nov. 141.* Hodie verò ex conſtitutione Caroli V. Imperatoris, hoc modo delinquentes, combuſtione puniuntur. *Joach. à Beuſt. part. 2. quæſt. 2.*

2. Ut excludatur πολυγαμία, quæ cum DEI primæva inſtitutione pugnat *Matth. 19.* de qua *Donell. lib. 13. comment. c. 18. & ſeq. Cujac. in Nov. 18. pag. mihi. 111. & alibi.* Etſi namq; πολυγαμία vetere jure duntaxat infamia notaretur. *l. 1. de his qui not. infam.* Attamen ſequentes Imperatores voluerunt iſtud crimen eſſe capitale, *l. 2. C. de inceſt. nupt. l. Eum qui duas C. ad leg. Jul. de adult.* Et hodie quoque πολύγαμοι capitali pœna afficiuntur, per Caroli. V. Imperatoris conſtitutionem, In der peinlichen Halßgerichts ordnung. *cap. 121.*

Quæ

Quæ ſanctio conſtitutione Electorali Saxonicà non ſolùm confirmata, ſed etiam extenſa fuit, ut ne quidem remiſſio conjugis alterutrius locum habeat, *part. 4. Conſtit. 20. & ibid. Weſenb. & Moller.* Videatur *Beza in tract. de πολυγαμία & Borch. in c. Quid ſit matrimonium pag. 26. & ſeq.*

† Neque verò pro πολυγάμοις defendendis, & Ochini reliquorumq; ſectariorum opinione, quicquam facit, quod paſſim extent exempla Patriarcharum, in veteri Teſtamento, qui duas vel plures etiam uxores habuerunt. *Deut. 21. v. 15. 2. Sam. 12. v. 18. 2. Reg. 3. & 20. 3. Reg. 11. & alibi paſſim.* † *Obj.*

† Nam reſponderi debet. † *Reſp.*

1. Non exemplis, ſed legibus judicandum eſſe, *l. 12. De Offic. Præſid. l. 13. in fin. C. de ſentent. & interloc. omn. Judic.*

2. In hiſce talibus, regula conſtitui debet, quod in reb. controverſis ad initia ſit reccurrendum.

Ab initio verò non ita fuit, dicit rectè Beza. *in tract. de πολυγαμία pag. 25. & ſeq.* Nam non plures, quàm duas perſonas, marem & fœmellam, matrimonio conjungendas eſſe, conſtat ex homi-

nis creatione. Etenim DEUS tantum maſculum & fœmellam condidit *Gen. 1.* & non plures Evas, ſed unam tantum, ex unica coſta extructam, Adæ adduxit & copulavit. *Gen. 2.*

Unde Adam protinus dicit: hominem adhæſurum uxori ſuæ, & fore duas in carne una. Sed malitiâ hominum, & pravâ conſuetudine factum eſt, ut quidam viri plures uxores, & concubinas ſibi aſſociârint. Nam Lamech ex poſteritate Cain, primus duas uxores duxit. *Gen. 4. v. 19.* Id exemplum poſtea filij DEI, hoc eſt, poſteri ſanctorum, imitati ſunt, & acceperunt ſibi uxores, pro ſuo lubitu, ex filiabus hominum, hoc eſt, ex impia poſteritate Cain. Poſt diluvium Sara, promiſſionem DEI adhuc minus intelligens, Abrahæ concubinam ancillam aſſociat. *Geneſ. 16.* Et Eſau quadragenarius duxit uxores duas. *Gen. 26.* ac illis addidit tertiam. *Gen. 28.* Et Jacob duas ſorores ducit. *Gen. 29.* & uxorum permiſſu duas ancillas. *Gen. 30.* Et extant alia paſſim exempla, præſertim Salomonis, qui habuit uxores primarias ſeptingentas, & concubinas trecentas. *3. Reg. 11.* Verum enim verò multitudine peccan-

tium

tium peccatum non excuſatur : Et committitur etiam fallacia ſeparatorum. Nam duo cum faciunt idem, non eſt idem.

Et ipſis ſpecialiter indultum fuit, fortaſſis propter hominum defectum; & voluit DEUS connivere in illa politia, propter promiſſionem Abrahæ factam, ſed illa politia nunc eſt ſublata. Porrò patres iſti colendæ potius prolis, quàm explendæ libidinis causâ, πολυγαμοι fuerunt, ut dicitur *in c. Dixit. 3. cauſ. 32. q. 4.* Quod autem ex Lamechi πολυγαμίᾳ, nati leguntur ingenioſiſsimi filij, hinc nihil firmi concludi poteſt : Nam ea dona DEUS etiam impijs liberaliter communicat. Quanquam enim Gileadi ſcortatio DEO diſpliceret, nihilominus tamen ipſi dedit Jephtam. Quod autem 2. *Sam.* 12. *v.* 8. dicitur DEVS dediſſe uxores in ſinum ſuum; id docti viri ſic interpretantur, id eſt, in imperium & poteſtatem, non in conjugium : ſicuti alibi dicitur Lazarus fuiſſe in ſinu Abrahæ.

Tandem verbum DEDIT non præceptum ſignificat, ſed permiſsionem, vel indulgentiam. Tole-

Digitized by Google

Toleravit enim DEUS πολυγαμίαν, nunquam approbavit. *Beza in tract. de πολυγαμία*, ubi reliquis argutiolis Ochini ſufficienter reſpondet.

Quod autem D. Lutherum noſtrum, iterumq́; quoad hunc quoque punctum, quaſi polygamiam is permiſerit, dum Landgravio Haſſiæ Philippo, fortiſſimo illi & optimo Principi, conſilium dederit, ut vivente adhuc priore, legitima nim. uxore, inſuper alteram duceret, calumniantur Bellarminus & Papiſtæ, nec non Zanchius, & Calviniani quidam, quoad iſtud, ne falcem in alienam meſſem immittere videamur, ad Dominos Theologos noſtros, vos ablegamus: à quibus, & præſertim Haſſiacis Theologis in ſcripto quodam Germanico, pro Luthero, contra Piſtorium *N*idanum, in patria mea dilecta, Marpurgo, per Egenolphum anno *99.* excuſo, quod incipit Nothwendige abfertigung &c. calumnias iſtas retuſas, diſcuſsas, refutatas, & in fumum redactas, legere poteſtis.

Individuam vitæ conſuetudinem continens.)

Hoc eſt, indiſſolubilis conjunctio, προσκόλλησις, conglutinatio. Quibus

ver-

verbis, concubinatus à nuptijs diſtinguitur. Js enim nec initur hac ratione, nec earum virium eſt, ut non liceat alteri ab altero, cum velit, invito quoque diſcedere, *arg. l. 1. in pr. & tot. tit. De concubinat. Donell. 13. comment. c. 18.*

Differunt enim uxor & concubina dignitate. *l. 49. §. 4. De legat. 3.* & honore ac affectione maritali. *l. 31. De donat. int. vir. & uxor.* Nam uxorij nominis dignitas, concubinis nunquam eſt tributa.

Et uxores, quoquo modo in matrimonium conveniſſent, matrimonij causâ; concubinæ verò, conſuetudinis causâduntaxat habebantur. *Briſſon. de rit. nupt. pag. 20. per l pen. De concub. l. donationes De donat.* Vxor enim, non voluptatis, ſed dignitatis nomen eſt, ut dicebat Ælius Commodus Verus, referente Spartiano. *Briſſon. d. loc. pag. 21.*

Diſtinguitur etiam hac notâ, ſocietas conjugalis, à promercali rerum ſocietate. Etenim ea dividua eſt, cum nulla ſocietatis coitio in æternum ſit, *l. Nulla 70. ff. pro ſoc.* & ex tempore vel ad tempus, vel ſub conditione ſocietas coiri poſsit.

l. 1.

Digitized by Google

l. 1. in pr. ff. eod. Deinde ſocietas rerum in communione corporis ac vitæ, nequaquam conſiſtit, cum nihil prohibeat, ſocios iſtos ſeparatim vivere, & ſic dividua ſit: ut vel unius ex ſocijs renunciatione, dirimi poſsit. *l. verum. 63. §. fin. ff. pro ſoc. §. Manet. 4. Inſt. t. de societat.*

At nuptiæ ſunt conſortium *omnis vitæ, divini & humani juris communicatio*, ſicut loquitur Modeſtinus *in l. 1. ff. de rit. nupt.* Κοινονία παντὸς τοῦ βίου. ut apud Iſocrat. Nicocles. Tulit enim Romulus legem, quæ talis fuit.

„ γυναῖκα γαμετὴν κατὰ νόμους ἱερούς συνελ-
„ θοῦσαν ἀνδρὶ, κοινωνὸν ἁπάντων εἶναι, χρη-
„ μάτων τε καὶ ἱερῶν. hoc eſt, Mulierem
„ nuptam, quæ juxta ſacras leges conve-
„ niſſet cum viro, participem eſſe omnium
„ bonorum & ſacrorum, ſicuti refert Halycarnaſſeus *lib. 2. antiquit. Roman. pag. (mihi 95.)* & *Briſson. de ritu. nupt. pag. 17. Valentinus Forſterus pater meus p. m. lib. 1. de jurisd. Rom. cap. 6. leg. Romuli* 1. Unde Gordianus Imp. uxorem, rei divinæ, & humanæ domus, ſociam appellavit. *in l. adverſus. 4. C. de crim. expilat. heredit.*

Hinc

Digitized by Google

Hinc Columell. *cap. 12.* inquit, Conſpiciebatur in domo, dividuum nihil, quod aut maritus, aut fœmina proprium ſui juris eſſe diceret. *Lactant. lib. 2. Inſt. cap. 21.*

Qui ſervari poteſt, inquit, charitas, niſi cohabitaverint ſemper unà, niſi devota mens, & ſervata invicem fides, individuam fecerit charitatem? Ergo nuptiæ, nihil indiviſum, inter conjuges relinquunt, ne victum quidem, aut ſocietatem vitæ. Accipiebatur enim aqua & ignis, quando nuptiæ celebrarentur. *l. ſeja. 66. §. fin. de donat. int. vir. & uxor. Varro. lib. 4. de ling. latin. & lib. 11.*

Item apud Servium mariti igni & aqua uxores accipiebant. Et Nonius: Sequere me, pariter volo facias igni & aqua, volo hanc accipere. Item Ovid.

Quos faciunt juſtos ignis & unda viros.

Item

Verrius Flaccus —— —

Ignem Pollux undamq; jugalem.

Prætulit. —— —— ——

Et ita Plutarch. refert *in problematib. quæſt. 1.* utrumque elementum à conjugatis ſumi ſolitum, ut oſtenderent, ſe paratos, ad omnia infortunia ſimul ferēda, etiamſi ad aquam & ignem reducerentur.

Ea

Ea clementia Lact. *lib 2. Inſtit. c. 10.* vocat Sacramenti genus, quo nuptiæ fœdere ſanciebantur. Jgnis enim purgat, aqua luſtrat, inquit Plutarch. *iterum, in problem. Hotom. de veter. rit. nupt. c.* 18. & de communione ſacrorum inter virum & uxorem. *c. 21. & de communione bonorũ cap. 26 & ſeq.* Sed & farreum novæ nuptæ præferebant, Quo confarreationis vinculo nihil religioſius erat. *Plin. lib. 18. natural. hiſt. c. 3. Apulei. lib. 10. de aſin. aur. Briſſon. de ritu nupt. pag. 9.*

Claves etiam domus, uxori tradi, ſolenne fuiſſe, Feſtus ait: procul dubio, quod communionem denotarent. Scribit enim Tertullian. *in lib. de liberis exhort. ad caſt.* Ad claves cuſtodiendas, pleroſque uxores domum duxiſſe, & has in divortijs adimi ſolitas, Ciceronis, *in Philipp. 2. & D. Ambroſ. Epiſt. 65. ad Syagrium*, authoritates evincunt. Qui plura cupit, videat *Hotom. de rit. nupt. c. 10 & in diſput. feud. c. 25. Briſſon. de rit. nupt. pag. mihi 45. Victorin. lib. 2. antiquar. lection. c. 2.* Vnde iterum Plutarch. *in præcept. conjugal.* Prudenter, ait, voces iſtas MEVM ET NON MEVM ex conjugio omnino tolli debere. *Et alibi*: Debere invicem con-

confundi corpora, opes, amicos, familiares contrahentium.

Huc reſpexit vetus Romuli lex, quam refert Halicarn. *lib. 2.* Mulier nupta, quæ ex ſacris legibus cum viro convenit, fortunarum & ſacrorum illi ſocia eſt, utq; domus ille dominus; ita illa domina.

Nam uxor, ante mariti januam interrogata, quænam eſſet, Cajam ſe dicebat. Ac, ut teſtis eſt Plutarch. *in problem.* clamare altâ voce ſolebat: Caj Cecili: viro interim clamante, Caja Cecilia. Quibus verbis hoc pactum videbatur, ut omnia ipſis communia ſint, & pariter imperent; ac ſi dicerent: Ubi Tu dominus ac familiæ princeps, ego quoque Domina, & hera: ſi tu pauper, ego quoque: ſi tu dives, ego dives: omnis denique tuæ fortunæ particeps. Nihil inquit Ulpian; tàm humanum eſt, quàm fortuitis caſibus, mulieris maritum, & uxorem viri participem eſſe. *l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. 7. ff. ſolut. matrim.*

Idque fiebat in memoriam Cajæ Ceciliæ, honeſtæ fœminæ, de qua *Plin. lib. 8. cap. 48. Cicer. in orat. pro Muren.*

Feſtus & alij, quorum mentionem facit *Hotom. de rit. nupt. cap* 16. *pag. mihi.* 35. *Videatur Cujac. lib.* 11. *Obſ* 2. *Joſeph. Scal. lib.* 4. *ad Varron. Duaren. de nupt. cap.* 1. *Coſt de matrimon. cap.* 1. *num.* 17. *Gentil. lib.* 2. *de nupt. cap.* 20. *Tyraquell. in l. connubiali.* 8. *n.* 8. *Ræv.rd. ad l.*30. *De R. J. Forner. lib.* 1. *ſelect.* 11. *Cypræus. de ſponſalib. cap.* 5. *§.* 13. *Et de matrimon. cap.* 2. *& cap.* 8. *n.* 6. *Lyclama. lib.* 7. *membranar.* 27. Jnitur igitur hæc ſocietas, ut ſola morte perimatur: & idcirco non poteſt ad tempus contrahi. *c. fin. de condit. appoſit.*

† *Obj.* † Neque vero refragatur, quod interdum per divortium nuptiæ dirimantur, *l. conſenſu* 8. *C. de repud.*

† *Reſp.* † Nam hoc fit per accidens, & præter animum, ac votum contrahentium: itemque præter matrimonij naturam: quippe quod ea mente matrimonium contrahatur, ut nunquam dirimatur, *l.* 1. *de jur. dot. Cujac. in not. poſter. hîc. Borch. in tract. de gradib.* Hinc, non niſi juſtis de cauſis, divortium facere licet, *d. l. conſenſu.* velut ob adulterium, veneficium, &, ut nos opinamur, alia

quæ.

Digitized by Google

quædam criminis, de quibus inferius plura.

Quod etiam diſſentientes objiciunt locum *Matth.* 5. ubi ſaltem πορνεία excipitur. *Obj.*

Reſpondere ſolemus; quod iſtud vocabulum, veneficium, etiam quodcunque grave delictum compræhendat, *per loc. Deuter.* 31. *v.* 26. *Item, Numer.* 14. *v.* 33. *Pſalm.* 106. *verſ.* 39. Quæ ſolutio probatur, quoniam mulier adulterium committens, non tâm repudij libello, quàm ultimo ſupplicio punitur. *Videantur tractationes noſtræ diſtut.* 3. *quæſt.* 12. *& lib.* 1. *obſervat. noſtrar. cap.* 18. *& quæ plurib. infr. cap. fin. dicentur.* *Reſp.*

Digitized by Google

CAPUT VI.

DE DISTINCTIONIBUS Varijs Nuptiarum.

NVptiarum variæ diſtributiones paſsim inveniuntur. Nam (1.) Quædam ſunt juſtæ, quæ ſecundùm legum præcepta, contrahuntur. *pr. Inſt. hoc.t.* quædam injuſtæ, ſi adverſus ea (ſcil. præcepta) fiunt. §. *ſi adv. ea. 12. eod. Videatur Ulpian. in fragm. t. 5. Cajus in fragm. t. 4. §. 1.* qui legitimas nuptias appellat.

2. Sunt aliæ licitæ; quædam illicitæ. Licitæ, quæ neque Natura, neque Lege, neque Canone prohibentur. Jllicitæ, quas Natura, Lex, vel Canon vetuit: Eæque vel Nefariæ, quales ſunt inceſtæ de jure gentium, inter parentes & liberos, in infinitum, & qui locum eorum repræſentant: vel inceſtæ de jure civili, puta ſi contrahantur inter conſanguineos, vel affines in gradibus prohibitis. *l. 37. De minoribus. l. 5. §. 1. de condict. ſin. cauſ l. 56. & l. fin. de rit. nupt. l. ſi adulterium. 38. §. Quare 2. junct. §. 3. & 7. ff. ad l. Jul. de adult.*

Digitized by Google

de adult. tot. tit. C. de inceſt. & inutil. nupt. Nov. de inceſt. & nefar. nupt. 12. Nov. 139. Nov. 154. Et ubiq; Cujac. Et idem lib. 16. obſerv. cap. 37. Donell. lib. 1. comment. cap. 22. Muret. lib. 15. variar. lect. cap. 5 Gentil. lib. 1. de condic. pag. (mihi) 83. Briſſon. in libr. de reg. Perſic. & in lib. ſingul. de rit. nupt. pag. 8. pag. (mihi) 230. Hotom. in tract. de caſt. nupt. per tot.

3. Conjugium aliud eſt legitimum, & non ratum; aliud ratum & non legitimum: aliud legitimum & ratum, *juxta paleam ex Auguſtino deſumtam & ſubjectam Canoni ſi quis. fin. cauſ. 2. quæſt. 1.*

4. Matrimonium aliud eſt publicum, quod in Eccleſia, multis præſentibus, benedictione ſacerdotis accedente, contrahitur: aliud clandeſtinum, quod nullis teſtibus adhibitis, domi celebratur, de quibus *Harmenopul. lib. 4. tit. 4. Can. 1. cum ſeq. cauſ. 30. q. 5. & c. cum inhibitio. fin. §. fin. Extr. de clandeſtin. deſponſat. Schurff. cent. 1. conſil. 1. per tot. Panorm. & alij Ccæ, quos refert & ſequitur Cypræus, de matrimon. c. 3. §. 2.*

5. Matrimonium aliud eſt verum; aliud præſumtum; quod conjecturis tantum præſumitur, & nititur: *c. Illud.*

Digitized by Google

de præſumtion. Weſenbec. in paratit. de rit. nupt. n. 2. Cypræ. de matrim. §. 3. cap. 3.

6. Matrimonium aliud initiatum, & nudo conſenſu contractum eſt, per verba de præſenti, *juxta CC. & text. in Can ſtatutum. 34. cauſ. 27. quæſt. 1.*: aliud ratum inter copulatos. *c. 2. de converſat. conjugat.* aliud copulâ ſive concubitu conſummatum.

Duo namque ſunt in conjugio. 1. Conſenſus animorum. 2. Corporum mixtio, *c. debitum. 5. De bigam. non ordinand. can. ſi quis deſponſatâ. 38. cauſ. 27. quæſt. 2.* Cujus diſtinctionis magnus eſt uſus, præſertim de jure noſtro Saxonico, quo ſponſus non aliter ſponſæ ſuæ mobilia lucratur, niſi poſtquam thorum conjugalem fuerit ingreſſus, quod idiomate noſtro dicitur: Wann er das Ehebette beſchritten / *lib. 1.* Landtrecht *art. 31. & ibi Zobel. in addit. ad text germanic. lit. A. Coler decis. 286. n. 23. & ſeq. Ubi dicit, quod quotidie ſic practicetur.*

Quamvis enim de jure Civili, dubia ſit quæſtio, Num ſtatutum de lucranda dote, vel bonis mobilibus, locum habe-

habeat in ſponſa nondum in domum deductâ? De qua ſuo loco: Attamen ſecundùm Saxonici juris diſpoſitionem, certum eſt, quod ſponſus aut ſponſa, licet in templo fuerint copulati, prius tamen, quod ipſis vel ex pacto vel ſtatuto debetur, non lucrentur, quam thorum, ſive lectum conjugalem ſint ingreſſi, id eſt, Wann ſie das Ehebette beſchritten. Landtrecht. *lib.* 1. *art.* 45. & *lib.* 3. *art.* 45. *Et utrobiq; Zobel. Idem, part.* 3. *differ.* 11. *n.* 1. *Schneidvv. ad Tit. Inſtit. de heredit: quæ ab inteſt. c. de ſucceſſionib. inter virum & uxorem. n.* 21. & *in tit. de fidejuſſ.* §. *In omnibus. n.* 12. & *in* §. *fuerat. Inſtit. de action n.* 105. *Beuſt. in l.* 1. *n.* 166. & *in l. Admonendi. n.* 957. *de jurejur. Idem, de jur. connub. part.* 2. *cap.* 67. & *part.* 3. *cap.* 5. *Coler. deciſ.* 57. *n.* 56. *Et deciſ.* 58. *n.* 3. & *d. deciſ.* 286. *n.* 23. & *ſeqq. Et ibidem in additionibus eleganter Frideric. Benſold. lit. H. Cypræ. de matrimon. cap.* 3. §. 4.

Nec huic ſententiæ quicquam adverſatur, quod *in lib.* 3. Landtrecht. *art.* 45. dicitur: Der Mann iſt *Obj.*

Digitized by Google

ſeines Weibes Vormundt / zu handt / alß ſie jhme getrawet wirdt.

Reſp. Nam iſte textus non de jure ſucceſsionis, ſed de vindicatione injuriarum loquitur, ut monet *ibid. gl.* Quod juri civili quoque conſentaneum eſt. *l. 2. l. Apud Labeonem. §. ſponſus. De injur. §. patitur. Inſtit. eod.*

Obj. Non adverſatur Electoralis Con-

Reſp. ſtitutio. *24. part. 2.* Loquitur enim de jure tacitæ hypothecæ. *Moller. ad Conſtit. 19. part. 3.* Et rectè Weſenbec. quod ibi tractetur de conſervanda dote, hic de amittenda.

Obj. Quod autem Schneidvv. & alij ſcribunt, nuptijs celebratis maritum de jure Saxonico lucrari dotem, ſic intelligi debet, id eſt, nuptijs totaliter & perfectè celebratis, ſicut explicat ſemetipſum Schneidvv. *in §. fuerat. Inſtit. de action. num.* 109.

De reliquis leviuſculis videantur *Autores conſultat. Saxonic. ſuper Conſtitutiones Elect. vol. 2. part. 2. quæſt. 25. Cypræus & Benſold. d. loc.* Vbi reſolvunt etiam iſtas quæſtiones:

1. Si

1. Si contingat, ut ſponſus aut ſponſa, ipsâ nuptiarum die, poſt copulationem Eccleſiaſticam, antequam concubuerint, extinguantur, an de jure Saxon. ſuperſtes, quod ſibi vel ex pacto, vel ſtatuto, debetur, petere poſſit? Et reſpondent vulgô negativè, *per Conſtit. Elector. 19. part. 3. Ubi videri poterit Moller. & Weſenb.* qui teſtatur, ita Saxonibus extra territorium Electorale reſponderi. Item: utrum ad ingreſſum thori conjugalis, copula carnalis requiratur? In qua quæſtione licèt Schneidvv. affirmativam tenuerit, negativa tamen receptior eſt; quæ placet Weſenbecio *ad d. conſtit. Elect. 19. part 3. Videantur Conſultationes ſuper Conſtit. Elector. vol. 2. part. 2. q. 25. n. 1. Moller lib. 3. ſemeſtr. c. 23. Beuſt. de jur. connubior. part. 3. cap. 5.* Affirmans ita practicari, & adjungens notabilem practicam, quod appoſitio in lectum, quæ inter illuſtres, nobiles & alias honoratiores perſonas fieri conſuevit, pro ingreſſu thori conjugalis habeatur. *Benſold. d. loc.* Hæc de diviſionibus nuptiarum.

Digitized by Google

CAPUT VII.

DE CAUSA EFFICIENTE, id eſt, Quinam; cum quibus nuptias contrahere poſsint?

AUtor Conjugij DEUS eſt. *Geneſ. 1. & 2. Matth. 19.* Sed ſi quæramus, an valeant nuptiæ? in primis animadvertere debemus, an ij, qui nuptias contrahunt, habeant contrahendi facultatem. *arg. l. 4. ff. Qui teſtam. fac. poſſ. §. fin. Inſtit. de J. N. G. & C. l. 44. de Ædil. edict.* Nec enim ante juris ratio, quàm perſona quærenda eſt, *l 14. de jur. codicill. l. 52. de legat. 2.*

Poſſunt autem contrahere nuptias, omnes, qui non prohibentur. Sic enim in jure noſtro comparatum eſt, ut quoties quæritur, quid alicui liceat in jure privato? ſic definiri debeat iſta quæſtio, quod omnia cuivis liceant, ſi leges non prohibeant. *l. Nec non §. Quod ejus. ff. Ex quib. cauſ. major. l. 43. §. 1. de procurat. l. 1, §. 1. de teſtib. l. 13. De judic. l. 8. de accuſat.*

ſat. §. 1. Inſtit. Qui ſui vel alieni. Iur. §. 1. Inſtit. de tutel. Donell. lib. 6. comment. c. 5. Quod dependet ex eo principio juris: Quod cuique facere licet, quod non prohibetur. *§ 1. ſupr. de jur. perſ. Videatur tractat. noſter de pact. pag. 90.* Prohibentur autem.

Primò quidem, *ratione ſtatus, Servi.* Hi namque ſi cum liberis conjungantur, non nuptias aut connubium, ſed contubernium faciunt. *l. Proculus. 67. De jure dot. l. ſi neget. 7. de agnoſcend. lib. l. Adoptivus 14. §. 3. De rit. nupt. l. 12. §. 33. De instruct. vel inſtrum. legat. l. 3. C. de inceſt. & inutil. nupt. Hotoman. de caſt. nupt. part. 4. c. 2. Briſſon. de jure connub. pag. 5.* Præterea, *ratione ſtatus, nec Adſcriptitio cum libera muliere*, connubium eſt, etſi dominus conſenſerit: qui tamen ex eo concepti ſunt, liberi naſcuntur, *l. fin. C. de agricol. & cenſit. Nov. 22. Nov. 54. Nov. 123. c. 4. ibi: ſervili & adſcriptitia fortuna*; Ratio, cur ſervi non habeant connubium, ea vulgo redditur; quia reputantur pro mortuis & nullis, *l. 3. in fin. De cap. minut. l. 32. l. 209. De R. J.*

Secun-

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Secundò prohibentur nuptias contrahere, *ratione patriæ, peregrini*, qui cives Romani non ſunt, niſi fortaſſis jus civitatis impetrent *princip. Inſt. de nupt.* Itaque Livius ſcribit *Lib.* 37. Campanos non niſi civitate impetratâ, jus connubij cum Romanis mulieribus habuiſſe. Ex peregrino igitur & cive Romana peregrini naſcebantur, ex Lege, quæ dicebatur Menſia, de qua *Ulp. in fragm. tit.* 5. *§. connubio intet veniente* 8. *& ibid. Ludovic. Charond. & Cujac. Senec. lib. 4. de benefic. Macrob. lib. 1. Saturn. c. 6. Boet. in comment. ad topica Cic. l. un. C. de nupt. gentil. in Cod. Theodos. Sigon. lib. 1. c. 9. Briſſon. de jur. connub. in pr. Hotomann. part. 4. de caſt. nupt. c. 2.* Rectius enim ex ea civitate, ſive natione, ex qua quis oriundus eſt, uxor ducitur: quod multis eleganter demonſtrat *Tiraq. de legib. connubialib. gl. 1. part. 7. n.* 12. Quamvis autem Bodinus hoc ineptè ſic conſtitutum arbitretur *lib. 3. de Repub. c. 8.* n. 349. Certum eſt tamen, quod nec malè, nec inhumanè receptum ſit, & quod Athenienſes, & aliæ quoque gentes, eodem jure fuerint uſi. Nam apud Athenienſes lege Periclis, pro notho habebatur, qui natus non fuiſſet, ex duobus Athe-

Digitized by Google

Athenienſibus. *Demoſthen. in orat. κατὰ νεαι* &c. Quod multis eleganter demonſtrat Hugo Donell. *lib. 13. comment. c. 19.* Immò, congruit hæc diſpoſitio cum verbo Dei. Nam & Abraham injungebat ſervo ſuo, ne filio ſuo, uxorem de filiabus Cananæorum peteret. *Gen. 24.* Et *Gen. 28.* Iſaac Jacob præcepit, dicens: noli accipere conjugem de genere Canaan. Et *Gen. 34.* filij Jacob reſpondent Hemor, filio ſuo petenti Dinam in uxorem: Non poſſumus facere quod petitis. Et poſtea Deus per Moyſen, ſingulari edicto cavit, ne Judæi Cananæorum & Gentilium appetant connubia. *Exod. 34.* Alia exempla *Deut. 7. Nehem. 10. v. 30. & c. 13. v. 23. & ſeqq. Ubi locus elegans in hanc rem legitur, ſicut & alibi paſſim.* Poſtea tamen ab eo jure deſciverunt Romani, per *l. In orbe. 17. De ſtat. hom.* Et hodie differentia, inter nuptias liberorum & ſervorum ſublata eſt. *c. 1. de conjug. ſervor. Mauſer. in tractat. de nupt. pag. 329.* Et diſcrimen regionum non amplius attenditur: ſucceſſit tamen in ejus locum diverſitas religionis. Etenim inter fidelem & infidelem matrimonium contrahi non poteſt, *arg. l. 1. De rit. nupt. ibi: divini juris communi-*

catio,

cato. Communicare namq; debent conjuges in eodem verbo, & iiſdem Sacramentis. *arg. §.1. ſupr. de patr poteſt. ibi: individuam vitæ conſuetudinem.* Individuum non eſt, ubi non eſt anima una. Et, ſi ad ſacra dividitur, iam individua nõ eſt. Unde, quod matrimonium, inter fidelem & infidelem contrahi nequeat, manifeſti textus juris probant, *l. 6. C. de Judæ. quæ deſumta eſt ex l. 2. Cod. Theodoſiano, de nupt. lib. 7. l. Quamvis C. ad leg. Jul. de adult.* Item jure Canonicũ, *can. Cave. 15. cauſ. 28. q. 1. can. 9. diſt. 1. can. 15. diſt. 32.* Idem receptũ eſt de jure divino. *Gen. 6. Exo. 34. Deut. 7. 1. Reg. 11. 2. Sam. 3. 2. Cor. 6. Donell. d. c. 19. Schvvarzmeier. in miſcell. c. 21. Gentilis. l. 2. de nupt. c. 19. Petr Martyr. ad 1. Reg. c 3.* Ubi unum & triginta fundamenta pro hac ſententia ponit. A qua tamen recedunt *Bellarmin. lib. 1. de matrim. & Beza. in tract. de nupt.*

An verò, ſi matrimonium inter fidelem & infidelẽ contractũ ſit, dirimi debeat, & diſſolvi? difficilis enodationis eſt quæſtio. Nam Alber. Gentil. *d. c 19.* eò videtur inclinare, quod tale matrimonium, ne quidem contractum, valeat, ſed dirimi potius debeat. Cujus opinio non parum juvatur

juvatur exemplo Eſdræ *c. 9. & 10.* Ubi dolet Eſdras populum cum gentibus commiſtum, & Deo peccatum confitetur, Populus autem uxores alienigenas abjicit. Sed contraria ſententia communior eſt, & verior nobis videtur, *per text. in Epiſt. 1. Cor. 7.* Nam & Mater Timothei Græco, & Auguſtini Mater, Ethnico cohabitavit. *Videatur l. 16. C. de Epiſcop. audient. Item, pars. 1. diſput. noſtr. diſp. 3. q. 15.* Nec enim eſt in jure rarum, ut, quæ ab initio contrahi prohibentur, contracta tamen & perfecta, non temerè reſcindantur. *l. 1. §. 5. ff. Quand. appell. ſit. l. 85. §. 1. De R. J. l. patre furioſo. De his qui ſunt ſui vel al. jur. Rauchbar. part. 2. q. 7. n. 6.*

Cæterùm hoc cum iſta limitatione debet accipi, ſi conjux infidelis fidelem non ad defectionem, & impietatis ſuæ conſortium adigat, &, ut alij loquuntur, quatenus ipſius ſuperſtitio non eſt intolerabilis, ut absque ſidei & conſcientiæ læſione, diu una vivi nequeat. Nam hoc caſu, ſeparatio fieri debet; non in totum, ut Balduinus volebat, ſed quoad cohabitationem, *ut habent Dd. communiter*

muniter ad l. ſi filia. 20. ff. famil. herciſc. We-ſenb. in parat. de rit. nupt. in fin.

Eſt autem & alia quæſtio, an cum hæreticis conjugia miſcere liceat? De qua videatur *Gentil. lib. 2. c. 19. circ. fin.* Ubi negativè concludit, & ex profeſſo tradit, quod non liceat nobis commiſcere conjugia cum Papiſtis, *per Can. Non oportet 16. cauſ. 28. q. 1. c. 14. n. 6. de hæret.* Scio tamen exempla in contrarium, ubi pater cum filijs ſuis noſtræ Eccleſiæ adhærebat, & noſtris utebatur Sacramentis, mater cum filiabus Papiſtarum. Qui plura velit de conjugijs cum hæreticis contrahendis, vel contractis, videre poterit *Beuſtium c. 36. Covarruv. part. 1. c. 6. §. 11. & c. 7. §. 5. n. 7. & ſeqq. Guibert. Coſtan. de matrimon. c. 3. n. 138. Cypræ. de ſponſal. c. 13. §. 77. Bezam & alios, quos refert Hilliger. in not. ad Donell. d. lib. 13. c. 19. lit. Z. Item Balduin. contra Calvin. pag. mihi 94.*

Tertio, ratione ÆTATIS prohibentur, qui non ſunt ad liberos procreandos idonei, ſcilicet, qui pubertatem non ſunt aſſecuti. Incipit enim tempus, idoneum eſſe ad generandum, à pubertate. *pr. h. t. l. in ſponſalib. De ritu nupt. Dio. lib. 54. Plutarch. in Numâ. Macrob. lib. 7. Saturnal. &*

lib.

lib. 1. commentar. in ſomn. Scipion. Ariſtot. lib. 7. de Hiſtor. animal. Briſſon. de jure connub. pag. 4. & ſeq. Quamvis autem veteres Caſſiani pubertatem ex inſpectione & habitu corporis æſtimandam exiſtimaverint, quod & Canones approbaſſe videntur. *c. puberes. Extr. de deſponſat. impub.*

Et doctis viris, indicium non contemnendum reputatur. *Cujac. ad c. 3. de deſponſat. impub.* Attamen Juſtinian. Jmperator caſtitate dignum putavit, maſculos anno 14. puberes; fœminas autem. *12.* completo, viri potentes cenſendas eſſe. *pr. Inſtit. h. t. Et infr. Quibus modis. tut. fin. l. fin. C. Quand. Tut. vel Curat. eſſe deſin.*

Obſervatur autem hoc caſu computatio naturalis, quæ de momento in momentum currit. *l. 134. & ibi. Dd. de V. S.* Et non ſufficit, noviſſimum annorum diem attigiſſe, ſed requiritur, ut eum exceſſerit, juxta doctrinam Borcholtens *in tract. de gradib. pag. 95. & Cujac. in Modeſtin. licet aliter ſtatuant. Gentil. lib. 5. de nupt. cap. 2. Et Anton. Auguſtin. lib. 3. emendat. c. 9.*

† *Obj.* Etſi verò † exempla dari poſſint, de quibuſdam impuberibus, quorum unus, annos novem natus, nutricem ſuam impræġnarat. *Panor. in c. puberes. De deſponſat. impub.* Alius, cum vix decimum attigiſſet, heram ſuam gravidam fecerat, *de quo Hieron. in Epiſt. ad Vitalem.* Et puella quædam novennis peperiſſe legatur, *Alberic. in verb. matrimonij.* Quibus alij conglomerant exempla Salomonis & Achazi, quod ſcil. liberos antea procrearint, quàm undecimum annum compleſſent: hic Ezechiam; ille Roboamum. 3. *Reg.* 11. *& lib.* 4. *c.* 18. *Joh. Andr. & Panor. in c. fin. De eo qui cognov. conſang. ux. ſuæ.*

† *Reſp.* † Ex his tamen & ſimilibus exemplis jura conſtitui non debent, *l. Jura conſtitui oportet.* 3. *& trib. ſeqq. de legib. Et ibi poſt alios Coras. & Muret. l. pretia.* 63. *§. fin. ff. ad leg. Falcid c. diſtinguimus §. fin. diſt.* 61. *Donell.* 1. *comment. c.* 15.

Deinde, quod Salomonem & Achazum attinet, reperiuntur docti viri, qui longè diverſa ratione numerant ipſorum annos. *Videatur omnino Coraſ. in arreſt. Toloſan. annotat.* 1.

Quan-

† Quanquam etiam Philoſophi, & inter eos Plato, cum de ætate, maritis & fœminis ad conjugium aptâ, tractaret, tradiderint, quod mares ab anno 35, mulieres à decimo ſexto, matrimonia deberent inire, *lib. 6. de Repub. & lib. 6. de legib.* Et diſcipulus ejus Ariſtot. maſculis 36. fœmellis 18. annos præſcripſerit. *lib. 7. politic. c. 16. Videatur Alciat. lib. 11. παρεργων. c. 11.* † *Obj.*

† Legislatores tamen, perpendentes imbecillitatem, & ingentem libidinem, nuptijs aliquid indulſerunt, & ut tempeſtivius conciliarentur, conceſſerunt, *l. Minorem 4. De rit. nupt. c. puberes. De deſponſat impub.* Rationem noſtri petere ſolent *ab ipſo Ariſtotele lib. 5. de natur. animal. c. 5. Macrobio, in ſomnio Scipionis, lib. 1. c. 6. & 7. Plut. in Lycurg.* Et eleganter ſanctionem hanc Romanam, defendit Calcaneus *conſil. 121. Gentil. lib. 5. de nupt. cap. 2.* † *Reſp.*

Cæterum ante tempus iſtud initæ nuptiæ non erant juſtæ, nec prius uxor juſta, quàm apud virum duodecimum annum complevisset, *d. l. minorem. De rit. nupt. l. promiſſio. De jur. dot. Hotom. lib. 4. de caſt. nupt. cap. 2.*

Digitized by Google

Eventus certè nuptiarum iſtarum, plerumque calamitoſus. *c. fin. De frigid. & maleficiat. c. un. de vot. & vot. redempt.* licet in ſponſa, lib. contrahendis ætas contrahentium definita non ſit. *l. in ſponſa. lib de rit. nupt. & ad eum tit. B. Briſſon. lib. ſing. pag. (mihi)* 4. An verò princeps ſuper ætate diſpenſare poſſit? *videatur. Gentil. d. lib. 5. de nupt. cap. 2. & cap. 4. & 5.*

Cur autem fœminæ, citius pubeſcant quàm maſculi, rationem dedimus. *lib.* 1. *tractat. noſtr. diſp. 3. q. 17.* Videatur etiam *Ariſtot. lib. 4. de generat. animal. c. 6. Plin. lib. 7. hiſt. natur. c. 3. & præſertim. Coraſ. d. loc.*

Eâdem ætatis ratione prohibetur ex lege Papia, quam Liberius Jmperator ſupplevit, vir ſexagenarius, ducere quinquagenariam. *Ulpian. in fragm. tit. 16. in pr.* Præſumitur enim, conjugium ſterile futurum, *arg. l. 21. in pr. de act. emt. & vendit. ubi Gothofrid.* Plutarchus nominat *ἀώρου καὶ ἀχαρίτου γάμους*, neglectas & non gratioſas nuptias. Quanquam enim, ſecundum Ariſtotelem, vir uſque ad 70. annum gignat: & mulier ad 50. uſque pariat: Lege tamen Julia

tempus

tempus aliter definitum fuit, quaſi ſexagenario major, liberis operam dare non poſſit, *arg. l. ſi pater. fin. §. penult. de adopt. Cujac. de diverſ. temp. præſcript. c. 33. Robert. & Mercat. in dimicationibus ſuis utrobiq́ʒ, lib. 1. c. 1 Balduin. ad Leges de jure civili in l. Papia. pag. 62.*

Cæterùm hæc prohibitio ab Jmp. Claudio obrogata, pòſt ab Jmp. Juſtiniano planè ſublata fuit, *l. ſancimus. 27. Et auth. ſed novo jure. C. de nupt. arg. l. ſi major.* 12. C. *de legit. hered. Cypræ. de ſponſal. c. 9. §. 8. n. 14. Petr. Gregor. Toloſ. lib. 9. Syntagmat. c. 6. n. 3. Tiraq. in l. 6. connub.*

Ex eodem capite non poteſt inter aniculam & juvenem, matrimonium iniri; quoniam plerumq́ue fit pecuniæ cupiditate. *Videatur Bez. in tr. de divort. pag. 228. Gentil lib. 5. de nupt. c. 3. Gvazza lib. 3. de converſat. civil. Et alij Politici.*

Quartò, ratione dignitatis, prohibetur vir Senatorij ordinis, ejusq; liberi, ducere libertinam, aut vilem perſonam hiſtrionicam, mimicam &c. *l. 2. §. fin. de his qui not. infam. l mater. §. fin. D. ad l. Jul. de adult. Briſſon. de jure connub.*

pag. 17. *& ſeqq*: itemque Patrona, ejusque filia nubere liberto. *l. oratione* 16. *l. lege Papia.* 23 *l* 27 *l.* 44. *De rit. nupt.* Jdque ſi bat ex L. Jul. de maritandis ordinibus. De quâ prolixè Barnab. Briſſon. *de jure connub. pag.* 7. *& ſeq.* Quæ & Papia Poppæa dicebatur. *Franc. Balduin. de leg. Pap.* Erat etiam Lege *12.* tabb. ſancitum, ut inter patricios & plebejos connubij jus non eſſet, quam abrogatam fuiſſe Livius. *lib.* 4. & Dionyſ. Halicarn. *lib.* 11. teſtantur; itemque Briſſo . *in tract. de jur. connub. pag.* 7. Jnter ingenuos etiam, & libertinos, antiquo jure connubium non fuiſſe, probat. *l.* 33. *De rit. nupt.* Ubi Celſus ait: Lege Papiâ nominatim cautum fuiſſe, ut id extra ordinem Senatorum liceret. Jgitur antea non licuit. *Joſeph. lib.* 4. *antiq. Jud cap.* 6. Sed & Dion *lib.* 54. *& lib.* 56. ſcribit: Auguſtum permiſiſſe omnibus, præter Senatores, ex Libertino genere uxores ducere, Liv. *lib.* 39. Ubi tradit: Hisphaliæ Foconia ſpeciali SCo, conceſſum fuiſſe, ut ipſi Jngenuo nubere liceret. Ratio hujus rei: quoniam dignitatis iſtius immutatio,

non

Digitized by Google

non tàm Senatorem ipſum, quàm totum ordinem ſenatorium reſpicit. *Donell. lib. 13. comment. cap. 19. & ibidem Hilliger. lit. Q. & R.*

Et ne ampliſsimi ordinis dignitas, hujusmodi conjugij conſortio vileſceret. *B. Briſſon. de jure connub. pag. 11. & ſeqq. per l. uxorem C. de nupt. l. ſi rogatus §. 1. De manum. vindict.*

Plane novello Juſtiniani jure, hæc omnia ſunt mutata. *Novell. 78. cap. 3. & alibi paßim.* Extant tamen antiqui juris veſtigia quædam apud Francos: Nam lege Salica cautum eſt, ſi quis an- " cillam alienam Ingenuus in conjugio " ſibi ſociaverit, ipſe cum ea in ſervitium implicetur *tit. 14. §. 11.* Quâ de re " qui plura velit, videat *Briſſon. de jur.* " *connub. mox in pr.* πολυχραφώτατον. *Tiraquell. de nobilitat. cap. 20. num. 175. Manut. de Regib. Roman. pag. 125. Ravar. ad LL. 12. tab. c. 20. Fab. lib. 1. Jurisprud. Papinian. ad tit. 9. pr. 5. illation. 15. & pr. 6. illation. 9. Gentil. lib. 1. de nupt. cap. 3. Cypræ. de ſponſal. c. 10. §. 13. n. 2 & c. 13. §. 26. n. 2. & 6. Hotom. part. 4. de caſt. nupt.*

c.2. circ. fin. Reuſner. lib.1.deciſ. 4. Ubi ſatis eleganter diſputat : an nobilis cum ignobili concubina, ex qua liberos antea ſuſceperat, ut eos legitimos heredes habere poſſit, matrimonium contrahere queat? Et affirmativè concludit. De ſcenicis. videri poterit amplius.*tit. de matrimon. Senator. 4. in legib. Novell. D. Marciani. l. imperialis. C. de nupt. in qua Juſtinianus, quantum ad ſcenicas perſonas attinet, priſtino juri derogavit. Videatur Barnab. Briſſon. de jure connub. pag. 21. & ſeq.*

Quintò, ratione adminiſtrationis publicæ, provinciarum Rectoribus, & eorum Officialibus, itemque filijs interdictum eſt, ne inde oriundam, vel ibi domicilium habentem, uxorem ducerent, *l. ſi quis. 38. De rit. nupt.* Prohibuit enim iſtas nuptias, ratio potentatus, ut loquitur Papinian. *in l. Præfectus 63. ff. eod. tit.* id eſt, ne videl. non ducere, ſed potius trahere, extorquere, eripere, uxores viderentur. Quod jus mandatis Principum introductum fuit. *l. Eos*

qui.

qui 65. ff. eod. l. 6. C. de nupt. & ad propinquos illorum, comites, & domeſticos, poſtea productum eſt. *l. un. C. ſi Rect. provinc. vel ad eum pertinentes ſponſalitia dederint. Non Leon. 23. Hotom. lib. 4. de caſt. nupt. c. 3.* Ubi rationem elegantem ponit, cur in fil. ab. aliud ſit receptum, ad explicationem. *d. l. 38. §. fi. de rit. nupt. Videatur etiam Rævard. lib. 2. varior. c. 20. Anton. Guibert. Conſtan. de ſponſal. c. 4. Donell. lib. 13. comment. c. 19. Et ibidem Hilliger, amicus meus & quondã diſcipulus A. dilectus. Fab. l. 1. Jurispr. Papin. tit. 9. princip. 1. illation. 12. Petr. Fab. ad l. 29. de R. J. Vult. lib. 1. Jurisprud. Rom. c. 18. à num. 38. usq; ad num. 42.*

Sextò, ratione Poteſtatis, & adminiſtrationis quaſi publicæ, ſive tutelaris. Nam SCo cautum fuit, ut qui Tutor, Curatorvè, pupillam, adultamvè ſuam, intra *26.* annum in uxorem duxit, filiovè ſuo junxit, infamià notetur, & dotem datam reſtituat, *l. Non eſt matrimonium 66. de rit. nupt. l. 7. C. de interdict. matrimon. l. 4. C. de excuſat. tutor. vel curator.* Ratio hujus juris; quoniam hoc modo, rationes adminiſtratæ tute-

 læ,

læ, conturbantur, & adminiſtrationis malæ fraudes teguntur, ut traditur *in l. libertum 64. & in l. Non ſolum 67. §. 2 ff. h. t.* Ejus rei aliquot ampliationes, & limitationes, item tres exceptiones, ponit. *Hotom. in d. part. 4. de caſt. nupt. c. 3. circ. fin.* Videatur etiam Paradorius *lib. 1 rer. quotidianar. c. 12. n. 7. Beuſt. de ſponſal. c. 21.*

Septimò, arcentur à nuptijs, Ob animi defectũ, infans & furioſus, *l. 14. de ſponſal. c. ubi non eſt, c. Acceſſit. Extr. de deſponſat impub. l. furor. §. de ſponſal. l. furioſi 40. de R. J. Can. neq; furioſus 26. cauſ. 32. q. 7.* Et qui huic comparari ſolet, profundè Ebrius *arg l. 4. de ſponſal. Can. venter. diſt. 35. l. 1. C. ſi quis Imperat. maledix. Weſenb. in parat. h. t. n. 1. Latè Beuſt. part. 1. q. 11.*

Octavò, nuptijs interdicitur ijs, qui propter vitium corporis ad generandum perpetuò ſunt inepti. *l. in cauſis. C. de repud. l. 39. §. 1. de jur. dot.* Hi namq;, ſi vitium ſit inſanabile, matrimonij finem conſequi non poſſunt. *c. 2. & tot. tit. Extr. de frigid. & malefic. Videatur Beuſt. part. 2. q. 14. Beza. de divort. pag. 91. & pag. 229.*

Nonò

Digitized by Google

Nonò, prohibentur quidam nuptias contrahere propter ſanguinem ſive conjunctionem arctiorem. Nec enim nobis, omnes uxores ducere, licet. Nam à quarundam nuptijs abſtinendum eſt, propter cognationem intervenientem, vel affinitatem. *§. 1. & ſeq. h. t.*

Eſt autem cognatio, vel directa, vel obliqua, ſive tranſverſa. Directa quidem inter aſcendentes & deſcendentes, puta, parentes & liberos. Transverſa verò, quæ dicitur ex latere, inter collaterales, puta fratres & fratrum liberos ac parentes, *tot. tit. ff. & Inſtit. de gradib. cognat.*

In linea *directa* regula talis eſt: *Reg.*

"Inter eas perſonas, quæ parentum liberorumq; locum obtinent, nuptiæ prohibētur in infinitum, & ſunt de jure Gentium inceſtæ ac nefariæ, *§. Ergo non omnes. Inſtit. h. t. l. 53. de rit. nupt.* In contrahendis namq; nuptijs, naturale jus, & pudor inſpiciendus eſt: Atqui verò contra pudorem cenſetur, ſi quis filiam ſuam uxorem ducat. *l. Adoptivus 14. §. ſerviles. 2. verſ. Unde nec vulgo. Et. l. fin. de rit. nupt.*

Et

Et naturæ fœdus non permittit concubitus, cum matribus & filiab. *l. eumqui.19. C. de Epiſc. & Cleric. Nov. 12. Socrat. apud Xenoph. lib. 3. rer. memorabil.* Nam bruta quoque, nefandos iſtos concubitus aſpernantur. *teſte Ariſtotele, lib. 9. de animal. c. 74. Æliano lib 5. hiſtor. animal. Avicenn. lib 9. de animal. Plinio lib. 8. c. 42. et alij, quos magno numero refert Tiraq. in legib. connubial. gl. 1. part. 7. n. 47. Borcholt. in tract. de grad. pag. 97.*

Obj. Neq; verò quenquam in opinionem adverſam trahat, quod Harmenopul. *in lib. 1. c. 1,* cum jus gentium definijſſet, quo gens aliqua, vel aliquæ gentes utuntur, poſtea ſubjungit; utpote, Matribus commiſceri apud Perſas. Item, quod Veteres hiſtoriæ memorent, ejusmodi nuptias apud Aſſyrios, Æthiopas, Babylonios, Indos, Mauros, Medos, Parthos, Perſas, aliasq; nonnullas gentes, probatas, ac uſurpatas fuiſſe. *Alex. ab Alex. lib. 1 Genial. dier c. 24. Tiraq. in legib. connub. gl. 1 part. 7. n. 32. & ſeqq.*

Reſp. Nam eas gentes, Romani pro barbaris, & humanitatis expertibus, ſemper habuerunt, & jurisgentium nomen, non ad eas produxerunt, ſicut aſſerit Hotom. *part. 4. de caſt. nupt. c. 5,* Et is barbaro-

rum

rum mos, ut eum Euripides nominat, *in Andromacha*, pro jure nequaquam; multò minùs pro Jure gentium, haberi debet. Etenim illi concumbunt

—— *Savarum more ferarum.*

Ovid. lib. 7. Metamorph. Illi autem populi, qui beluarum more vivunt, nihil communionis cum hominibus, & conſequenter cum jure gentium habent. *Coraſ. de Jur. Civil. in art. redigend. cap. 5.* Neq; verò, mentes aliquorum perverſæ, quicquam ex omnium divina conſenſione, pervertere poſſunt, *inquit, Anton. Auguſtin. lib. 4. emend. c. 4. videatur Plato. lib. 8. de legib. Covarr. part. 3. c. 6. §. 10. n. 8. & ſeqq. Beuſt. in tract. de matrim. c. 58. Cypræ. de matrim. c. 6. §. 1 n. 3. & ſeqq. Gentil lib. 5. de nupt. c. 5. & 7. Beza. in tr. de divort. pag. 27. Borcb. in tract. de grad. pag. 100.* *Obj.*

Nec moveat autoritas Harmenopuli. Nam juridicam autoritatem, nos ipſi non tribuimus. Scripſit enim ut homo privatus, non ſecus, atque quivis lâtinus juris Interpres, ut diximus in Idæa autoritatis Juridicæ, & in ipſa, Deo dante, pluribus trademus. Hinc Gentil. *in d. lo.* dicit, quod Harmenopulus ſtultus fuerit, quando ita ſcripſit. *Reſp.*

Non

Digitized by Google

Obj. Non moveat etiam autoritas Servij, Donatum reprehendentis. Nam Donatus
Reſp. rectè ſcripſit, quod tales nuptiæ vetitæ ſint, naturâ & legibus. Ut enim alia taceamus, vel unicum exemplum Loth & filiarum ipſius, *relatum Gen. 19. cap. & repetitum in Can. inebriaverunt cauſ. 15. q. 1.* ſatis luculenter oſtendit, hujuſmodi, parentum, & filiorum concubitum DEO diſplicuiſſe, & jure naturæ, nefarium fuiſſe, quemadmodum & poſtea legibus Moſaicis, talis conjunctio prohibita fuit, & morte mulctata *Levit. 20. Paul. in Epiſt. ad Cor. 5.* Etiam apud Ethnicos *Cicer. lib. 2. de legib. Senec. in libr. declamation.* Sed & hodie tale quippiam committentes gladio plectuntur, ex conſtitutione Carolina. Peinliche Halßgerichts ordnung *art. 117. §.* So einer Unkeuſch. Et Electoris Augusti Saxonicâ *Conſtit. 22. p. 4.* Hinc iſtæ nuptiæ nefariæ dicuntur, & inceſtæ. Nefariæ, quaſi contra fas, & jus gentium contractæ. Nam — *Cuj fas implere parentem*
Quid rear eſſe nefas? —
canit *Lucan. lib. 8.* Et Virgil. de eodem ſcelere: *Auſi omnes immane nefas, auſoq; potiti. lib. 6. Æneid.* Dicuntur inceſtæ, quaſi minimè caſtæ, ſecundum Iſidorum. Alij putant, inceſtum dici quaſi ἄκεςον, hoc eſt, ſine ceſto. *Videatur Borch. d. loc.*

Ampliatur hæc regula, ut prohibitio extendatur in infinitum; ita quidem, ut Adamus, ſi reſurgeret, uxorem nullam invenire poſſet. *Gl. & Dd. ad tit. noſtr.* *Ampl. 1.*

Extenditur ſecundò, ut nec inter patrem adoptivum, & filiam adoptivam, nuptiæ conſiſtere poſſint, etiam diſſolutâ per emancipationem adoptione, *d. §. 1. verſ. Et hæc adeo l. 55. De rit. nupt.* *Ampl. 2.*

Limitatur tamen hæc ampliatio, quod filius adoptivus emancipatus, matrem adoptantis, uxorem ducere poſsit. *d. l. 55. §. 1. De rit. nupt. l. in adoptionibus. De adoption.* *Limit.*

Ampliatur tertiò regula, ut ne quidem pater ſpiritualis, qui aliquam, ex ſacro ſancto baptiſmatis fonte, ſuſcepit, illam ducere poſsit, *juxta Donell. d. lib. 3. comm. c. 19. per l. ſi quis alumnam 26. C. de nupt.* Cui tamen ſpirituali cognationi, non multum alij tribuunt. *Videatur Weſ. in parat. h. t. Lajus in method. de nupt. Mauſer. in d. §. 1. Inſtit. h. t.* *Ampl. 3.*

In transverſa cognatione, gradu ſecundo, nuptię prohibentur inter fratrē & ſororē, *§. Inter eas quoq; 2. Inſt. h. t.* *Reg.*

† Quamvis enim, apud complures gentes licuerit, fratres cum ſororibus miſceri, ſicut de Ægyptijs, Athenienſibus, & alijs quibuſdam teſtatur *Tiraquell. in legib. connub.* *part.* *† Obj.*

part. 7. n. 37. & ſeqq. Et de Perſis *Briſſon. in libro de regno Perſic. pag. mihi 230:*

Reſp. † Attamen apud Romanos, tales nuptiæ damnabiles fuerunt, & inceſtæ. Eo namque jure, prohibentur fratres & ſorores conjungi, *d. §. Inter eas 2. h. t. l. libertinus 8. l. ſororis 39. l. fin. ff. h. t. l. ſi ſtipuler. 35. §. Item quod leges D. V. O. Chryſipp. lib. 1. rer. Italic. Plutarch. in parallel. Tiraq. d. lo. n. 41.* Sive ſint germani germanæve, ſive ulterini, ſive conſanguinei: *d. §. Inter eas.* ſive domi, ſive foris nati, ut dicitur Levit. *18. cap.* Quod Gentilis ſic interpretatur: ſive legitimè nati, vel illegitimè. *lib. 5. de nupt. c. 8.* Alij verò hac ratione: ſive nati ſint ex paterna cognatione, ſive ex materna, *poſt Theologos, Hotom. part. 4. de caſt. nupt. c. 7. pag. mihi 242.* Quod adeò verum eſt, ut ne vulgo quæſitas ſorores, ducere liceat. *l. Et nihil 54. de rit. nupt.*

Quæ Romanorum ordinatio, juri quoque divino congruit. *Levit. 18. verſ. 9. Et c. 20. v. 17. Deuter. 27. verſ. 22. Ezech. 22. v. 10. Marc. 6. v. 18.* Et ne quidem apud Athenienſes, inter germanas matrimonium eſſe potuit. *Muret. lib. 15. variar. lect. c. 15.*

Nititur

Nititur etiam hæc ſanctio, bonis rationibus, partim ex jure Naturæ, partim ex politico jure deprompptis. Nam cum frater & ſoror, ſint viſcera, corporis unius & ejuſdem, naturá ſeparata, non debent utique, quos natura ſejunxit, conjungi.

Deinde per nuptias, familiæ & neceſſitudines, augeri debent, & extendi. Sunt & aliæ rationes, de quibus videre licet. *Platon. lib. 8. De legib. Ariſtotel. lib. 2. polit. c. 2. Herodot. lib. 1. Plutarch in problem. c. 28. Chryſoſt. in Epiſt. 1. Corinth. 28. Rabbi Moyſes lib. 3. perplexor. Philo Judæus & alij quos ad id allegat. Tiraquell. d. loc. Gentil. lib. 1. lection. 11. & lib. 5. de nupt. c. 8. Cypræ. de matrimon. c. 6. §. 1. n. 13. Covarr. part. 2. c. 6. n. 10.*

† Neque verò ſuſpectam, hanc Romanorum diſpoſitionem, facere poteſt, quod inveniamus interdum nuptias, quæ fuerunt inter filios & filias Adami, fratres ſcil. & ſorores. † *Obj.*

† Nam hoc neceſſitate compellente factum eſt, *inquit Auguſtin. lib. 15. de civit. DEI c. 16. & extat in Canon. 1. cauſ. 25. cap. 1.* † *Reſp.*

† *Obj.* † Neq; refragatur, quod Thamara, fratri ex alia matre nato, reſpondit: loquere ad Regem, & dabit me tibi. *2. Reg.* 13. † *Reſp.* † Nam puella dixit iſta verba, non quod crederet, Regem conſenſurum in tales nuptias, ſed ut conatum adoleſcentis eluderet, & inſtans malum amoliretur, donec ab eo liberari poſſet. *Videatur Luc Oſiand. alijq; Theologi ad iſtum locum: & è noſtris, Gentilis d. lib. 5. de nupt. c. 8.*

Ampl. Locum autem habet hæc prohibitio, non ſolùm in fratribus, quos natura nobis conciliavit, ſed etiam in civilibus, & adoptivis; quàm diu quidem adoptio manet. *d. §. Inter. verſ. ſed ſi qua per adoptionem. de nupt.*

Quod adeò verum eſt, ut ſi quis Generum adoptare velit, prius filiam ſuam emancipare teneatur. *d. §. Inter. verſ. Et ideo conſtat.* Jd enim ni fecerit, per adoptionem Generi vel Nurus ὁ γάμος διαλυθήσεται, id eſt, matrimonium diſſolvetur, inquit Theophil. Jn cujus opinionem conſentire videtur Triphon. *in l. Non ſolum 67. §. ſed videamus 3. ibi: an perimentur nuptiæ, ut in Genero adoptato dictum*

dictum eſt. &c. Item Weſenbec. & Pacius hoc loco. In contrariam tamen ſententiam inclinat Franciſc. Balduin: nempè, quod potius adoptio nullius momenti foret: quàm quod nuptiæ debeant reſcindi. cui ſententiæ, Speculator etiam, & Panorm. & alij docti viri non pauci ſubſcribunt. *Gentil. lib. 5. de nupt. c. fin. pag. mihi. 587.*

Reg de tertio gradu.

Cæterùm non in ſecundo ſolùm, verùm etiam in tertio quoque transverſæ cognationis gradu, nuptiæ prohibentur. Quamvis enim, hæc matrimonia, Gentibus alijs, & aliquandiu Romæ etiam, licita fuerint, *Dionyſ. lib. 4. Juſtinus lib. 18. Plutarch. in Dion.* Poſtea tamen paulatim damnari cœperunt. Et fratris quidem filiam ducere licuit aliquantiſper; ſororis verò non item. *l. ſororis 39. l. Etiamſi concubinam. 56. De rit. nupt. l. ſi adulterium §. 1. l. Miles 11. §. 1. ff. ad leg. Jul. de adult. Ulp. in fragm. tit. 4. In collatione legum Moſaicarum & civilium tit. 6. & ibi Petr. Pytheus. Hotom. part. 4. c. 8. pag. 220. & ſeqq.* Etenim legimus, Claudium, cum Agrippina fratris filiâ,

 nuptias

nuptias contraxiſſe; & ſpeciale SCm, ad eam rem impetraſſe: *de quo Sveton. in illius vita. Tacit. lib. 12. Zonaras tom. 2.*

Quanquam non invenerit hujus matrimonij cupitores, niſi libertum unum, & alterum primipilarem; ut Sveton. loquitur. Vel, ut Tacit: Unum modò Talledium ſeverum.

Verum enim verò, differentiam hanc inter fratris & ſororis filiam, poſteriores Conſtitutiones rectè ſuſtulerunt. Primi namque, Diocletianus & Maximianus, nefarium illud jus abrogarunt in *l. Nemini. 17. ibi. præterea fratris tui filia. C. de nupt.* Poſtea, Conſtantinus & Conſtans, reſcripſerunt ad Provinciales Fenices: ſi quis filiam fratris, ſororisvè, faciendam crediderit abominanter uxorem, aut in ejus amplexum, non ut patruus aut avunculus convolaverit, capitalis ſententiæ pœnâ, teneatur *l. 1. C. de inceſt. nupt.* Quorum conſtitutionem, fortaſsis aliquandiu neglectam, centum & aliquot annis pòſt, Jmperat. Zeno renovavit. Jta namq; Baſilio Præfecto
" prætorio reſcripſit: Nefandiſsimum
" ſcelus, fratris ſororisvè filiæ nuptiarum,
" quod ſacratiſsimis conſtitutionibus, ſub

gravis-

graviſsimæ pœnæ interminatione dam- "
natum eſt, iteratò, præſentis divinæ ſan "
ctionis tenore, modis omnibus prohi "
bemus &c. *l. fin. C. si nupt. ex reſcript. pet.* "
Cujus veſtigijs inſiſtens, ipſius in imperio ſucceſſor, Anaſtaſius, ipſe quoq; nuptias iſtas damnavit, *l. fin. C. de inceſt nupt. Videatur Hotom part. 4. de caſt. nupt. c. 5. Cujac. l. 8. Obſerv. 28. Et lib. 13. Obſ. 16. & in Nov. 11.* Juſtinianus certè, matrimonium hoc prohibitum eſſe voluit. *§. fratris verò. 3. infra h. t. Videatur Cajus l. 1. Inſt. tit. 4. §. 3.*

Harmenopol. lib. 4. Rationem prohibitionis ipſe reddit, quoniam ſunt invicem parentum & liberorum loco. *§. 1. Inſtit. eod.* Quæ ratio tàm in patruo, quàm in amita, locum habet, *l. 2. de Uſufr. ear. rer. Hotom. d. lib. 4. de caſt. nupt. c. 5. pag. 225.*

† Neque verò Romani juris diſpoſitioni, quicquam adverſatur, quod in ſacro ſancto Codice legimus, Abrahamum, filiam fratris ſui Saram duxiſſe, *Genſ. 20.* † *Obj.*

† Quamvis enim Patriarchis DEUS indulſerit, ut inter conſanguineos, etiam valde propinquos, matrimonia con- † *Reſp.*

trahere liceret: attamen poſtea Moyſes, certos gradus, & quaſi limites, conſtituit, quos tranſilire nos nec decet, nec neceſſum eſt, in tanta hominum multitudine, *ait ibidem Lucas Oſiander.*

Deinde, nondum omnino conſtat, an Sara fuerit filia fratris Abrahami? Tertiò, ſi demonſtrari poſſit, fuiſſe filiam fratris; fuit tamen, ſine dubio, fratris conſanguinei filia, & fortaſſe neptis Tharæ, ex alia matre, quàm ex ea, quæ cum Thare Abrahamum genuit. Poteſt etiam dici, quod ad Abimelech ſimulaſſet, eſſe ſe uxorem. *Alia plura videri poterunt apud Tiraq. d. part. 7. n. 42. Alb. Gentil. lib. 5. de nupt. c. 10.*

Reg. de 4. grad. De quarto gradu regula conſtitui debet, quod inter eos, qui in iſto, & reliquis ſequentibus gradibus poſiti ſunt, de jure Civili præſertim noviſſimo, nuptiæ ſint permiſſæ, velut inter patrueles, amitinos & conſobrinos.

† Object. † Quanquam enim aliquandiu, talia matrimonia, injuſta & inceſta habita fuerint, *ut conſtat ex Cornelij Taciti lib. 12.*

Plu-

Plutarch. in Roman. quæſt. Cic. pro Cluent. &c.

† Poſterioribus tamen temporibus, iſta conjugia percrebuerunt. *Cic. d. loc. Sueton. in Auguſt. & Dion. lib. 53. Quintil. lib. 6. Capitolin. de Antonino Philoſopho.* Et paulatim regula nata eſt: Inter cognatos, adusque quartum gradum, connubium non eſſe. Quo ipſo, conſtitutum videtur, quod extra perſonas, quæ parentum liberorumque locum obtinent, conjugium quarto gradu, fuerit permiſſum, *arg. l. per adoptionem 17. ff. h. t. l. 3. l. Non ſolum. 67. §. 1. ff. eod. l. 23. & ſeq. de condit. inſtit. l. Lucius 78. §. filiam 8. Ad SCm. Trebell. & præſertim. l. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. Ubi Antonin. ſcribit: Caſſiam quandam, probabili conſilio, ſub hac conditione inſtituram, ſi conſobrino nupſiſſet.* † *Reſp.*

Etenim, quamvis Theodoſius nuptias iſtas prohibuerit, ut filius ipſius teſtatur *in l. ún. C. Theodoſ. ſi nupt. ex reſcript. pet. Item, Aurel. Victor.* Nihilominus tamen, ejuſdem filij, licet ab initio confirmaſſent paternam conſtitutionem, *l. 3. C. Theodoſ. de inceſt. nupt.* tandem, & aliquot annis interjectis, ſuam, *Obj.* *Reſp.*

& patris conſtitutionem, abrogarunt, & nuptias illas comprobarunt *in celebri l. celebrandis 19. C. de nupt.*

Quanquam etiam, Honorius & Theodoſius, nuptias illas quaſi communiter damnatas, ex reſcripto petendi poteſtatem fecerint, *d. l. un. C. Theodoſ ſi nupt. ex reſcript pet. Caßiodor. lib. 7. varior.* Voluit attamen Juſtinianus, ut legitimæ nuptiæ, inter conſobrinos eſſent. *§. Duorum 4 infr. h. t.* Cujus rei vulgo rationem reddere ſolent, quoniam pari gradu ſunt, & inter ipſos, nulla parentum & liberorum contemplatio, videtur.

Obj. Exiſtunt quidem docti viri, *Hotom. Ant. Fab. & alii plures*, qui lectionem vulgarem iſtius §. corrigendam opinantur, & affirmativæ loco, negativam ſubſtituunt, nempe, quod duorum fratrum & ſororum liberi, conjungi, non poſſint: autoritate Theophili, Caij, & aliorum.

Reſp. Sed affirmativa lectio, quæ communis eſt, rectius retinetur. Gregorius enim in reſponſione ad Auguſtinum, & Angliæ Epiſcopum, teſtatur, Imp. Juſtinianum affirmativè ſcripſiſſe, ſicut notat Contius *ad d. §. duorum.*

Deinde

Digitized by Google

Deinde reperitur affirmativa lectio, in aliis etiam & pleriſq; juris locis. *In Inſtitutionib. Ulpiani tit.* 5. *l.* 3. *De rit. nupt. l.* 68. *§. filiam. ff. ad SC. m. Trebell. l. Qui ex fratribus* 24. *De condit. inſt. l.* 19. *C. de nupt. & inprimis libris manuſcriptis, & impreſſis conſentientibus.*

Juvat hanc ſententiam tertiò, quoniam iſta Romani juris diſpoſitio, cum divino jure conſentit. *Gen.* 29. *Levit.* 17. *&* 18. *Numer. ult. Joſuæ* 15. *vers.* 17. *Judic.* 1. *vers.* 13. *& ſeqq.* 1. *Chronicor.* 24. Ad quem modum, Joſephus & Maria, duorum fratrum liberi deſponſati fuerunt. *Hunn. in comment. ad c.* 1. *Matthæi.*

† Neq; verò tantoperè nos autoritas † Theophili movere debet, qui § iſtum negativè concepit, Et quod eadem negatio legatur apud Cajum *lib.* 1. *Inſtit. tit.* 4. *§. fratres* 7. Et quod in Baſilicis *lib.* 28. conſobrinorum nuptiæ prohibitæ commemorentur. In † his enim autoritatibus non eſt multum reponendum, *inquit Gentl. lib.* 5. *de nupt. cap.* 11. *Obj.* *Reſp.*

Neque rarum eſt, quod Theophilus & autor βασιλικῶν negatè legant, quod Juſtinianus, aut Compilatores Inſtitutionum, affirmatè conceperunt. Nam ejus

 hete-

heteroclitæ tranſpoſitionis exempla paſſim extant: *in §. Jus autem 1. Inſtit. de J. N. G. & C. §. ſi duorum, Inſtit. de R. D. §. ſi quis 37. Inſtit. de action.*

Caij verò libri, non ſunt puri, puti: Sed multa Gotthorum arbitrio, illis addita, detracta, mutata, *teſte Cujacio ad noſtrum §. Duorum, & ad § ſi quis. 25. Inſtit. de Rer. divis. Briſſ. in de rit. nupt. Alciato lib. 2. παρεργων c. 26. Contio lib. 1. ſucceſſivarum c. 4. Antonio Arguſtino lib. 3. emendation. c. 8. Barone ad noſtrum tit. Weſenbecio de J. N. G. & C. Borcb. in tract. de grad. pag. 106. Job. Baptiſt. Aſinio in prax. judiciar. §. 24. c. 5.*

† *Obj.* † Etſi autem Jure Canonico iſtæ nuptiæ prohibeantur, *c. Non debet. penult. vers. quaternarius c. final. de conſanguinit. & affinit. c. Ad ſedem 25. q. 5.* † Quia tamen Jure Naturæ, diviniſq; præceptis, permittuntur, Et Canonici juris ratio, riſu potius, quàm reſponſione digna, putaverim equidem, eas ſuſtinere poſſe. Quænam enim iſta ratio? Quaternarius numerus prohibitioni congruit, quia quatuor ſunt humores in corpore humano, qui conſtant ex quatuor elementis. *c. pen. de conſanguinit. & affinit. c. In quadam. de celebrat. miſſar.* Fatetur Aquinas

† *Reſp.*

nas ipſe, quod iſta cauſa, non ſit rationabilis, Et reſpondent alij, eam Canonici juris computationem monſtri quid alere, & quaſi viam eſſe, pecuniam emungendi, ineptiſſimâ ratione inventa: ſicut loquitur *Beza in tract. de divort. pag. mihi 15. & 31. Hotom. in part. 4. de caſt. nupt. Virgil. Pingizer. illuſtr. quæſtion. 10.*

† Nec vos ab hac ſententia diſtrahat, quod diſſentientes allegant experimentum: videlicet, ſobolem ex tali conjugio, creſcere non poſſe. † Etenim per inficiationem, & inſtantiam, reſponderi debet, quippe, quod etiam in contrarium exempla dari poſſint, *quæ citat Gentil lib. 5. d. c. 11. Bod. n. l. 6. de Republ. c. 1. n. 636.* Sanè, ſi ſtatutis, vel moribus alicujus loci, contrarium receptum ſit, iſtis ſtandum erit. Quemadmodũ contrariam opinionem, in legibus Alemannicis confirmatam legimus. *tit. 40.* Item in legibus Longobardicis, Ludebrandi Regis de anno ejus 11. *tit. 24. §. 3. & ſeqq.* Quæ tamen leges utplurimùm hodie ſunt antiquatæ. De jure quoq; noſtro præſenti, cõmuniter recepto, prohibitæ ſunt inter conſobrinos nuptiæ. Poteſt tamẽ ſuperior Magiſtratus diſpen-

† *Obj.*

† *Reſp.*

diſpenſare. Quo caſu pronunciare ſolet: Das Euch vermöge der Landvblichen Rechten / N. zu Ehelichen nicht nachgelaſſen. Es iſt aber der Obrigkeit hierüber / weil die Ehe in ſolchem grad in Heiliger Göttlicher Schrifft / vnd den beſchriebenen Käyſer Rechten / außdrücklich nicht verboten / zu diſpenſiren vnbenommen.

Et ſolet, hoc modo junctis imponi, ut domicilium mutent, & aliorſum abeant, ad ſcandala vitanda. *Qui plura velit ad hanc rem, videat Beuſt. in tr. de nupt. c. 56. Coler. deciſ. 2. n. 2. Modeſtin. Piſt. part. 4. q. 168.*

Ob conjunctionem affinitatis prohibentur ij affines, qui ſibi loco parentum, & liberorum, aut etiam fratrum ſunt. Ita namq; Socer & Nurus, Socrus & Gener, Vitricus & Privigna, Noverca & Privignus, & alij ulteriores, matrimonio jungi prohibentur. *§. Affinitatis. 6. § . Socrum 7. Infr. h. t. l. Non facile. 4. §. Hos itaq; 7. de gradib. l. Ariſto. 40. de rit. nupt.*

Sed neque quaſi Nurus, quaſi Privigna, vel Noverca duci poteſt. *§. ſi uxor tua. 9. h. t.* ſemper enim in conjunctioni-

bus,

bus, non ſolum quod licet, ſed & quod honeſtum eſt, ſpectari ſolet *l. ſemper* 42. *de rit. nupt. l. Non omne* 144. *l. ſemper* 197. *de R. J.*

Neq; verò duntaxat, ab uxore patris, abſtinendum eſt, verum etiam ab ipſius concubina, *l.* 4. *C. de nupt.* Etiam à ſponſa. *l.* 12. §. 1. *de rit. nupt.*

† Nec adverſatur huic aſſertioni, quod extat *in l. Divus* 5. *ff. ad leg. Pompei. de parricid.* † Nam ibi punitur pater, non ex ea ratione, quod Imp. inceſtum comprobaverit, ſed quod pater magis ut Latro, quàm ut pater, inſidioſè necaſſet; cum alia ratione, caſtigare potuiſſet, & præcavere. † *Obj.* † *Reſp.*

Sed neque Levir, qui Mariti frater eſt, duci poteſt. *l fratris l. penult. & ult. C. de inceſt. nupt.* Hinc jure Conſtitutionis Electoralis Saxonicæ, ſi in primo vel ſecundo gradu, lineæ inæqualis, affinitate juncti, extra matrimonium invicem miſceantur, fuſtigari, vel cæſi virgis, in perpetuum relegantur. *part. 4. Conſtit. Elect.* 24. Quod etiam obtinet, ſi quis filiam, ex defunctæ conjugis fratre natam, ſtupret: ſive frater utrinq;, vel ex uno tantum latere, fuerit conjunctus. Quamvis enim,

Digitized by Google

enim, frater ex uno latere junctus, de jure Saxonico remotior ſit: idipſum tamen, in cauſis matrimonialibus, locum non habet. *Schneidevvin. ad tit. de Nupt. 10. §. de arbor. affin. n. 23.*

Notandum autem, quod maritus, uxoris ſolummodò conſanguineis, affinitate conjunctus eſt, & viciſſim uxor conſanguineis mariti. Nam inter uxoris & mariti cóſanguineos, affinitas propriè nō intercedit. *c. fin. & tot. tit. De eo qui cognov. conſanguin. uxor. ſua. c. penult. extr. De cōſanguinit. & Affinit. l. 4. §. 3. vers. affines. de gradibus.*

Prohibetur igitur maritus, nuptias contrahere, cum conſanguineis uxoris; & uxor viciſſim, à mariti conſanguineis, arcetur, ad quartum uſque gradum. Inter conſanguineos verò mariti & uxoris, ſeorſim & inter ſeſe conſideratos, matrimonium ſubſiſtit, *§. Mariti. 8. Infr. h. t. l. 34. §. Inter comprivignos 2. de rit. nupt. l. Titia 134. de V. O.* Hinc duo fratres duas ſorores; itemq́, pater & filius, matrem ac filiam, ex alio patre natam, ducere poſſunt. Affinitas enim inter ipſos non eſt, *d. l. Non facilè. De gradib.* Nec ultra perſonas junctas extenditur. *Weſenbec. Ad d. §. affinitatis. Cujac. in rubr. & cap. 5, de conſan-*

ſanguineis. *Gentil. lib. 5. de nupt. c. 12.* A quibus tamen aliquatenus declinat Duaren. *ad tit. ſolut. matrim. pag. (mihi) 248.*

Cæterùm extra perſonas eas, quæ parentum & liberorum, inter ſeſe locum obtinent, reliquis matrimonium contrahere licet *d. §. Mariti. 8. Infr. h. t.* Excipitur tamen fratris uxor, & uxoris ſoror, quorum nuptias, Imperatores Conſtantius & Conſtans, primi vetuerunt, *l. 2. C. Theodoſ. de inceſt. nupt. l. Nemini 17. C. de nupt. l. fratris. 5. C. de inceſt. nupt.*

An verò de jure divino frater Uxorem fratris ducere poſsit? *Q. An prædmortui fratris uxorem ducere liceat? Negativa.*

Anceps eſt & perplexa quæſtio, quæ variè tractatur à Scholaſticis, Theologis, & JCtis. Nam *Levit. 18 v. 16.* dicitur: Turpitudinem uxoris fratris tui non revelabis, quia turpitudo fratris tui eſt. Quod alij ſic vertunt: nuditatem uxoris fratris tui ne detegito, nuditas fratris tui eſt. Et *Levit. 20. v. 21.* Qui duxerit uxorem fratris ſui, rem facit illicitam: turpitudinem fratris ſui revelavit; abſque liberis erit, vel, ut alij vertunt: Qui acceperit uxorem

fratris,

,, fratris ſui, facinus exterminatione dignũ ,, admiſerit, nuditatem fratris ſui detexe-,, rit; ſine liberis ſunto. Cum quibus conſentit Novi Fœderis diſpoſitio *Matth. 14. v.* 4. Ubi Johannes ad Herodem: Non ,, licet, inquit, habere tibi uxorem fratris tui, Et *Matth. c. 8. v. 18.*

Affirmativa. Attamen in contrarium legitur apud Moſen *in Geneſi c. 38. v. 28. & ſeqq.* quod Judas ad Onam filium ſuum dixit: Ingredere ad uxorem fratris tui, & ſociare illi, & ſuſcites ſemen fratris tui. Qui cum hoc non faceret, ſed ſemen in terram funderet, ne liberi fratris nomine naſcerentur: iccirco percuſſit eum dominus, eò, quod rem deteſtabilẽ faceret. *Et Deut. 25. v.* 5. legitur, quãdo habitaverint fratres ſimul, & unus ex eis, abſq; liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, ſed accipiet eam frater ejus, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui. &c *usq; ad v. 11.*

Ita quoque *Ruth. c. 4. v.* 5. Boaz propinquo dicit: Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth Moabitidem, quæ uxor defuncti fuit, debes accipere. Et *Matth. 22. v. 25.* legitur. Erant apud nos ſeptem fratres, & primus uxore ductâ, defunctus eſt, & non habens ſemen, reliquit

uxorem

uxorem ſuam fratri ſuo. In quam rem etiam alibi paſſim teſtimonia extant. *Marc. 12. v. 19. Luc. 20. v. 28. Matth. 14. v. 3. Marc. 6. v. 11. &c.*

Pugnam hanc, quæ in Biblicis textibus eſſe videtur, docti viri, multifariam conciliare nituntur. *Concil.*

† 1. Primo namque docent aliqui, quod prohibitio *Levit. 18. cap. verſ. 16.* loquatur de vivente, ſeu ſuperſtite fratre: præceptum autem *Deut. 25.* & exempla, quæ præcedunt iſtud, & ſequuntur, in Veteri ſimul, & Novo Teſtamento, de fratre defuncto. Ita docet *Eraſmus Marbachius in commentarijs in Deuter. c. 25. §. Quoad. 3. pag. 246.* *† 1. Opin.*

In qua ſententia, fuiſſe videtur Auguſtinus etiam, dum ita ſcribit: „ambiguum eſt, inquit, utrum Herodis mortui, an vivi fratris, uxorem? & ideo non ita claret, quid Johannes ei non licere dicebat. *Auguſtin. in libell. de fid. & operib. c. 19.* Ambiguum autem facit, contextus Joſephi *lib. 18. Judaicar. antiquitat. c. 6. & 7.* Nam *in c. 6. circ. fin.* de obitu Philippi tractat: Deinceps in cap. ſeptim. demum recenſet, quod Herodes Tetrarcha ſuam uxorem ejecerit, & Herodiadem,

Herodis fratris uxorem, abduxerit. Sed quid frequentius in Hiſtorijs, quàm hyſterologiæ? Ipſe Ioſephus *eod. cap. circ. fin.* teſtatur apertè, quod abduxerit, vivo fratre, ibi: Nupſit Herodi fratri germano, eodem patre genito, relicto adhuc priore ſuperſtite. Et quod Herodes, marito adhuc vivo, & ſuperſtite, abduxerit Herodiadem, exiſtimant plerique, *teſte Duareno ad tit. Digeſtor. ſolut. matrimon.* Idemque, quod Philippus frater tum vixerit, omninò ſentit Hieronymus *ſuper cap. Matth. 14.* Qua de cauſa, rectè Johannes ad ipſum dixit: non licet tibi habere uxorem fratris tui. *Marc. 6. v. 18.*

Reijcitur. † Cæterum hanc diſtinctionem, inter mortuum, & vivum fratrem, Iohannes Calvinus, & Albericus Gentilis, reijciunt.

1. Quod non conveniat, in diverſos ſenſus [illegible]quere, quæ uno in loco, ijsdem [illegible] pronunciantur. Ergò, [illegible] non eſt retegenda turpi[illegible] [illegible]efuncti; ita quoque nec [illegible] [illegible]is.

[illegible] [illegible]lia ratione. [illegible] probat

prohibetur ejus uxorem ducere; quoniam eadem duobus nupra eſſe non poteſt. *§. Affinitatis. 6. infr. h. t.* Quod extendunt, ut ne quidem à Fratre dimiſſam, ducere poſſit, ſuperſtite fratre, propter unitionem carnis. *Gentil. d. lib. 5. de nupt. c. 9. Marbach. d. loc.* Neque viduam, ipſo defuncto, *Donell. lib. 13. comment. 19 pag. (mihi) 197. §. Affinitas. circ. fin.*

† II. Secunda Opinio Calvini, qui legem, de fratris mortui uxore ducenda, *Deuter. 25.* non de germanis fratribus accipit, ſed de cognatis remotioribus, qui non ſunt in prohibito gradu, *Calvin. in comment. ad ſeptim. præceptum. ad iſt. text. Levit. 18. verſ. 16. pag. 406.* *2. Opinio.*

† Sed hanc expoſitionem, ne quidem ipſius aſſeclæ, Beza, Junius, Tremellius, multò minus Bellarminus, aut alij recipiunt. Eſt enim violenta. Nam lex loquitur de Leviro & Gloте. *Reijcitur.*

III. Tertia opinio eorum, qui distinguunt, an frater defunctus liberos reliquerit, an verò non? Priori, non poteſt Glos Leviro nubere: *3. Opinio.*

Poſteriore, fratris ſine liberis defuncti, viduam uxorem ducere debet. Quæ diſtinctio probatur è textuum Biblicorum collatione, *Deuter.* 25. & *Levit.* 18. & 21. Item ex Joſepho, *lib.* 17. *Judaicar. antiquit. c. fin.* Ubi Archelaus reprehenditur, quod contempto more patrio, Glaphyram, olim Alexandri fratris ſui conjugem, & liberorum ex illo ſuſceptorum matrem, duxerit, quamvis Judæi vetentur fratrum uxores ducere, ſcil. in caſu exiſtentium liberorum. Et *lib.* 18. *Judaic. antiquit. ibi*: poſtquam natum: Probatur etiam hæc diſtinctio ex lege Zenonis, *penult.* C. *de inceſt. nupt.* Eamque non ſolùm Euſebius & alij veteres & recentiores Theologi, verùm etiam JCti plerique retinent & defendunt, præſertim *Pariſius conſil.* 68. *n.* 77. *Tiraq. de legib. connubial. gl.* 1. *part.* 7. *n.* 50. *Donell. lib.* 13. *comment. c.* 19. *Gentil. d. lib.* 5. *cap.* 9.

Eſt igitur jus univerſale, & naturale, quod frater, ducere nequeat uxorem fratris ſui; neque vivi, neque mortui, & vivi, ne repudiatam quidem. Uno tamen caſu licebat, immò debebat, frater fratris viduam ducere, nempe ſi is ſine liberis

liberis deceſsiſſet. Qui caſus non exceptionem aliquam complectitur, quod Bellarminus opinatur: ſed continet legem ſive præceptum. *Deuter. 25. verſ. 5. ibi: quæ ei lege debetur.* Et quod non fuerit Exceptio, vel diſpenſatio, ſeu permiſſio quædam, ſed potius præceptum, inde quoque conijci poteſt, quod contra facientes puniebantur, *in lib. Ruth. c. 4. Geneſ. 38. verſ. 10.* Jtemque quod fuerit præceptum, ſatis probatur per Auguſtinum, *relatum in Can. Olim 8. cauſ. 8. quæſt. 1. ibi: juſſus &c. & verſ. quod ſi recuſaret. Et in Can. 1. ibi: præcepit. &c. & ibi: præceptis. cauſ. 35. quæſt. 1.*

Neque tamen eſt lex generalis, & univerſale præceptum, ad omnes gentes lata, quæ Chriſtianos etiam hodie ſtringat, ſicut Pariſius conſulendo defendere nititur, *d. conſil. 68. n. 65. & ſeqq.* Sed eſt potius particularis, & ſingularis, atque politica, ceremonialis, ac forenſis, Jſraelitico duntaxat populo lata, non niſi Judæos obligans, & obſtringens. Quæ ſententia probatur.

1. Per textum *Deuter. 25. verſ. 6. ibi: ut non deleatur nomen ejus ex Jſraël.* I. *Ratio.*

Et v. 7. ibi : Non vult frater viri mei ſuſcitare ſemen fratris ſui in Jſrael. Jn quibus locis expreſſa ſit mentio *Jſraelis.*

2. Ratio. 2. Per rationem. Nam ſingularis juris iſtius, hanc rationem, vulgò Theologi tradunt, quod ex iſto populo CHRISTUS naſci debuit, quemadmodum etiam ex ea natus fuit. *Matth. 1. Luc. 3.* Voluit igitur DEUS, diſtinctionem familiarum in Jſraele conſervari, propter promiſſionem de Chriſto Meſſia, qui ſecundum carnem, è tribu Juda naſci debuit, & ut certò aliquando, Servatoris noſtri Genealogia, contexi poſſet. Is autem cum natus nunc, & in mundum miſſus ſit, inde conſtat, hanc legem jam exoleviſſe. Nemo itaque nefarijs ſuis libidinibus, aut inceſtis nuptijs, eam prætexat. Quæ, ſublatâ cauſâ, nullum amplius locum habet, inquit Oſiander & Marbach. *in comment. Deuter. 25. Hunnius ad cap. 22. Matth. part. 3. loc. comm. 4. pag. 498.*

Quod autem prohibitio, *qua Levit. 18. extat*, non ſit politica, ſive forenſis, aut ceremonialis, ſed ſit univerſalis, pertinens ad jus naturale, ſeu legem

gem moralem, quæ eſt omnium hominum & temporum, & mutari non poteſt, id patet ex claris ipſius textus verbis.

Dicitur enim *in d. c. 18. v. 6.* Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedet. Ubi dictio, Omnis homo, eſt univerſalis, & non patitur reſtrictionem. Nam qui dicit Omne, nihil excludit. *l. omnia de reb. credit. l. Julianus. 68 De legat. 3. l. procuratorem 11. C. Mandat. Can. ſi Romanorum. diſt. 19. cap. ſollicita 6. §. Nos autem; in fin. ibi: nihil excipit, qui dixit quodcunq; de Majorit. & obedient. cum ſimilib.* Et dicitur: non accedet. Ubi negativa poſtpoſita ſigno univerſali, facit, ut æquipolleat ſuo contrario. *l. obligari. 9. in pr. de autorit. Tutor. l. in bello. 12. §. 1. de captiv. & poſtlim. revers. Bart. ad tit. Qui ſint rebelles. in verb. nonnullos. Et in l. ſi is qui ducenta. §. utrum. De reb. dub. &c.*

Tantundem igitur eſt, ac ſi diceretur, nullus homo, ſive, nemo, ad ullam propinquam carnis ſuæ accedat, ad revelandam turpitudinem &c. Fortius autem negat Oratio negativa, quam

quàm affirmat affirmativa. *l. Hoc genus 106. de condit. & demonſtrat. Decian. vol. 2. conſil. 1. n. 60. Pruckm. conſil. 1. n. 62. c. fin. §. His itaq; diſt. 6. Paul. Paris. d. vol. 4. conſil. 68. n. 21. & 43.*

Emphaſis etiam, vocabulorum Hebræorum, oſtendit prohiberi, ne quis ducat carnem carnis ſuæ. Vir autem & uxor ſunt una caro, & habet uterque reliquias ſuæ carnis in conjugis cognatis. *Chemnic. part. 3. Locor. Theolog. de conjugio cap. 3. §. 1.*

Confirmat hanc ſententiam verſiculus antecedens quintus *ejusdem capitis 18.* Cuſtodite, inquit textus, leges meas atque judicia, quæ faciens homo, vivet in eis. Ubi indefinita, faciens homo, æquipollet univerſali faciens omnis homo, *l. ſi neceſſarias §. ſi annuis 3. De pignorat. act. l. ſi pluris. 44. de legat. 2. l. ſi ſervitus 23. de ſervitut. urban. prædior.* maximè, ſi materia ſubjecta, ſit neceſſariò vera, *c. ut circa. 4. & ibi Dd. de election. lib. 6. Covarr. lib. 1. variar. reſolut. cap. de Orat. indefin. & an ea univerſal. vim. hab. 13. n. 6. & ſeqq.*

Con-

Confirmatur etiam hæc ſententia, quoniam Chriſtus ipſe verſiculum iſtum ad legem moralem retulit. *Matth.* 19. *v.* 17. *& Luc.* 10. *v.* 28. *Item, Paul. ad Galat.* 3. *v.* 12. Quod etiam *verſiculus* 3. 23. *& ſequentes*, *ejusdem capitis*, probant, ubi carpuntur, & puniuntur aliæ gentes, quæ ſeſe factis iſtis polluebant. Leges autem merè Moſaicæ, non obligant alias gentes, quæ nec propter earum tranſgreſſionem, puniebantur. Conſtat igitur, eſſe jus naturale, legem moralem, univerſalem, & perpetuam, quam ipſi quoq; Prophetæ referunt inter morales. *Ezechiel.* 22. *v.* 10. *Amos.* 2. *v.* 7. Unde Johan. Baptiſta, Herodem, in Novo Teſtamento, ex ijs arguit, non propter raptum, aut adulterium; ſed ob inceſtum. Non licet, inquit, habere tibi uxorem fratris tui. *Marc.* 6. *v.* 18. *Matt.* 14. *v.* 13.

Dictantur etiam iſtæ prohibitiones, à jure naturali, *teſte Paulo* 1. *Corinth.* 5. *v.* 1. Et quod prohibitiones iſtæ, ſint morales, inde quoque colligi poteſt, quoniam earum tranſgreſſoribus, pœnæ capitales imponuntur. *Levit.* 20. *v.* 11. *& ſeqq. Deut.* 23. *v.* 2. *Deut.* 27. *v.* 20. *Videatur omninò Chemnicius. d. loc.*

enim, frater ex uno latere junctus, de jure Saxonico remotior ſit: idipſum tamen, in cauſis matrimonialibus, locum non habet. *Schneidevvin. ad tit. de Nupt. 10. §. de arbor. affin. n. 23.*

Notandum autem, quod maritus, uxoris ſolummodò conſanguineis, affinitate conjunctus eſt, & viciſſim uxor conſanguineis mariti. Nam inter uxoris & mariti cōſanguineos, affinitas propriè nō intercedit. *c. fin. & tot. tit. De eo qui cognov. conſanguin. uxor. ſua. c. penult. extr. De cōſanguinit. & Affinit. l. 4. §. 3. vers. affines, de gradibus.*

Prohibetur igitur maritus, nuptias contrahere, cum conſanguineis uxoris; & uxor viciſſim, à mariti conſanguineis, arcetur, ad quartum uſque gradum. Inter conſanguineos verò mariti & uxoris, ſeorſim & inter ſeſe conſideratos, matrimonium ſubſiſtit, *§. Mariti. 8. Infr. h. t. l. 34. §. Inter comprivignos 2. de rit. nupt. l. Titia 134. de V. O.* Hinc duo fratres duas ſorores; itemq́, pater & filius, matrem ac filiam, ex alio patre natam, ducere poſſunt. Affinitas enim inter ipſos non eſt. *d. l. Non facilè. De gradib.* Nec ultra perſonas junctas extenditur. *Weſenbec. ad d. §. affinitatis. Cujac. in rubr. & cap. 5, de conſan-*

ſanguineis. Gentil. lib. 5. de nupt. c. 12. A quibus tamen aliquatenus declinat Duaren. *ad tit. ſolut. matrim. pag. (mihi) 248.*

Cæterùm extra perſonas eas, quæ parentum & liberorum, inter ſeſe locum obtinent, reliquis matrimonium contrahere licet *d. §. Mariti. 8. Infr. h. t.* Excipitur tamen fratris uxor, & uxoris ſoror, quorum nuptias, Imperatores Conſtantius & Conſtans, primi vetuerunt, *l. 2. C. Theodoſ. de inceſt. nupt. l. Nemini 17. C. de nupt. l. fratris. 5. C. de inceſt. nupt.*

An verò de jure divino frater Uxorem fratris ducere poſsit?

Q. An præd. mortui fratris uxorem ducere liceat? Negativa.

Anceps eſt & perplexa quæſtio, quæ varie tractatur à Scholaſticis, Theologis, & JCtis. Nam *Levit. 18 v. 16.* dicitur: Turpitudinem uxoris fratris tui non revelabis, "quia turpitudo fratris tui eſt. Quod alij ſic" vertunt: nuditatem uxoris fratris tui ne "detegito, nuditas fratris tui eſt. Et *Levit.* *20. v. 21.* Qui duxerit uxorem fratris ſui, "rem facit illicitam: turpitudinem fratris "ſui revelavit; abſque liberis erit, vel, ut "alij vertunt: Qui acceperit uxorem fratris,

„ fratris ſui, facinus exterminatione dignũ
„ admiſerit, nuditatem fratris ſui detexe-
„ rit; ſine liberis ſunto. Cum quibus con-
ſentit Novi Fœderis diſpoſitio *Matth. 14.*
v. 4. Ubi Johannes ad Herodem: Non
„ licet, inquit, habere tibi uxorem fratris
tui, Et *Matth. c.* 8. *v.* 18.

Affirmativa.

Attamen in contrarium legitur apud Moſen *in Geneſi c.* 38. *v.* 28. *& ſeqq.* quod Judas ad Onam filium ſuum dixit: Ingredere ad uxorem fratris tui,&ſociare illi, & ſuſcites ſemen fratris tui. Qui cum hoc non faceret, ſed ſemen in terram funderet, ne liberi fratris nomine naſcerentur: iccirco percuſſit eum dominus, eò, quod remdeteſtabilẽ faceret. *Et Deut.* 25. *v.* 5. legitur, quãdo habitaverint fratres ſimul, & unus ex eis, abſq; liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, ſed accipiet eam frater ejus, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui. &c. *usq; ad v.* 11.

Ita quoque *Ruth. c.* 4. *v.* 5. Boez propinquo dicit: Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth Moabitidem, quæ uxor defuncti fuit, debes accipere. Et *Matth.* 22. *v.* 25. legitur. Erant apud nos ſeptem fratres, & primus uxore ductâ, defunctus eſt, & non habens ſemen, reliquit

uxorem

uxorem ſuam fratri ſuo. Jn quam rem etiam alibi paſſim teſtimonia extant. *Marc. 12. v. 19. Luc. 20. v. 28. Matth. 14. v. 3. Marc. 6. v. 11. &c.*

Pugnam hanc, quæ in Biblicis textibus eſſe videtur, docti viri, multifariam conciliare nituntur. *Concil.*

† 1. Primo namque docent aliqui, quod prohibitio *Levit. 18. cap. verſ. 16.* loquatur de vivente, ſeu ſuperſtite fratre: præceptum autem *Deut. 25.* & exempla, quæ præcedunt iſtud, & ſequuntur, in Veteri ſimul, & Novo Teſtamento, de fratre defuncto. Jta docet *Eraſmus Marbachius in commentarijs in Deuter. c. 25. §. Quoad. 3. pag. 246.* † *1. Opin.*

Jn qua ſententia, fuiſſe videtur Augustinus etiam, dum ita ſcribit: ambiguum eſt, inquit, utrum Herodis mortui, an vivi fratris, uxorem? & ideo non ita claret, quid Johannes ei non licere dicebat. *Auguſtin. in libell. de fid. & operib. c. 19.* Ambiguum autem facit, contextus Joſephi *lib. 18. Judaicar. antiquitat. c. 6. & 7.* Nam *in c. 6. circ. fin.* de obitu Philippi tractat: Deinceps in cap. ſeptim. demum recenſet, quod Herodes Tetrarcha ſuam uxorem ejecerit, & Herodiadem,

Digitized by Google

Herodis fratris uxorem, abduxerit. Sed quid frequentius in Hiſtorijs, quàm hyſterologiæ? Ipſe Ioſephus *eod. cap. circ. fin.* teſtatur apertè, quod abduxerit, vivo fratre. ibi: Nupſit Herodi fratri germano, eodem patre genito, relicto adhuc priore ſuperſtite. Et quod Herodes, marito adhuc vivo, & ſuperſtite, abduxerit Herodiadem, exiſtimant plerique, *teſte Duareno ad tit. Digeſtor. ſolut. matrimon.* Idemque, quod Philippus frater tum vixerit, omninò ſentit Hieronymus *ſuper cap. Matth.* 14. Qua de cauſa, rectè Johannes ad ipſum dixit: non licet tibi habere uxorem fratris tui. *Marc. 6. v. 18.*

Reijcitur. † Cæterum hanc diſtinctionem, inter mortuum, & vivum fratrem, Iohannes Calvinus, & Albericus Gentilis, reijciunt.

1. Quod non conveniat, in diverſos ſenſus torquere, quæ uno in loco, ijsdem verbis, pronunciantur. Ergò, inquiunt, ſicut non eſt retegenda turpitudo patris defuncti; ita quoque nec mortui fratris.

2. Quia vivo fratre, alia ratione

prob-

prohibetur ejus uxorem ducere; quoniam eadem duobus nupta eſſe non poteſt. *§. Affinitatis. 6. infr. h. t.* Quod extendunt, ut ne quidem à Fratre dimiſſam, ducere poſſit, ſuperſtite fratre, propter unitionem carnis. *Gentil. d. lib. 5. de nupt. c. 9. Marbach. d. loc.* Neque viduam, ipſo defuncto, *Donell. lib. 13. comment. 19 pag. (mihi) 197. §. Affinitas. circ. fin.*

† II. Secunda Opinio Calvini, qui legem, de fratris mortui uxore ducenda, *Deuter. 25.* non de germanis fratribus accipit, ſed de cognatis remotioribus, qui non ſunt in prohibito gradu, *Calvin. in comment. ad ſeptim. præceptum. ad iſt. tex:. Levit. 18. verſ. 16. pag. 406.* *2. Opinio.*

† Sed hanc expoſitionem, ne quidem ipſius aſſeclæ, Beza, Junius, Tremellius, multò minus Bellarminus, aut alij recipiunt. Eſt enim violenta. Nam lex loquitur de Leviro & Glore. *Reijcitur.*

III. Tertia opinio eorum, qui diſtinguunt, an frater defunctus liberos reliquerit, an verò non? Priore caſu, non poteſt Glos Leviro nubere: *3. Opinio.*

Digitized by Google

Poſteriore, fratris ſine liberis defuncti, viduam uxorem ducere debet. Quæ diſtinctio probatur è textuum Biblicorum collatione, *Deuter.* 25. & *Levit.* 18. & 21. Item ex Joſepho, *lib.* 17. *Judaicar. antiquit. c. fin.* Ubi Archelaus reprehenditur, quod contempto more patrio, Glaphyram, olim Alexandri fratris ſui conjugem, & liberorum ex illo ſuſceptorum matrem, duxerit, quamvis Judæi vetentur fratrum uxores ducere, ſcil. in caſu exiſtentium liberorum. Et *lib.* 18. *Judaic. antiquit. ibi*: póſtquam natum: Probatur etiam hæc diſtinctio ex lege Zenonis, *penult.* C. *de inceſt. nupt.* Eamque non ſolùm Euſebius & alij veteres & recentiores Theologi, verùm etiam JCti plerique retinent & defendunt, præſertim *Pariſius conſil.* 68. *n.* 77. *Tiraq. de legib. connubial. gl.* 1. *part.* 7. *n.* 50. *Donell. lib.* 13. *comment. c.* 19. *Gentil. d. lib.* 1. *cap.* 9.

Eſt igitur jus univerſale, & naturale, quod frater, ducere nequeat uxorem fratris ſui; neque vivi, neque mortui, & vivi, ne repudiatam quidem. Uno tamen caſu licebat (immò debebat) fratrem fratris viduam ducere, nempe ſi is ſine

liberis

liberis deceſsiſſet. Qui caſus non exceptionem aliquam complectitur, quod Bellarminus opinatur: ſed continet legem ſive præceptum. *Deuter. 25. verſ. 5. ibi: quæ ei lege debetur.* Et quod non fuerit Exceptio, vel diſpenſatio, ſeu permiſſio quædam, ſed potius præceptum, inde quoque conijci poteſt, quod contra facientes puniebantur, *in lib. Ruth. c. 4. Geneſ. 38. verſ. 10.* Jtemque quod fuerit præceptum, ſatis probatur per Auguſtinum, *relatum in Can. Olim. 8. cauſ. 8. quæſt. 1. ibi: juſſus &c. & verſ. quod ſi recuſaret. Et in Can. 1. ibi: præcepit. &c. & ibi: præceptis. cauſ. 35. quæſt. 1.*

Neque tamen eſt lex generalis, & univerſale præceptum, ad omnes gentes lata, quæ Chriſtianos etiam hodie ſtringat, ſicut Pariſius conſulendo defendere nititur, *d. conſil. 68. n. 65. & ſeqq.* Sed eſt potius particularis, & ſingularis, atque politica, ceremonialis, ac forenſis, Jſraelitico duntaxat populo lata, non niſi Judæos obligans, & obſtringens. Quæ ſententia probatur.

1. Per textum *Deuter. 25. verſ. 6. ibi: ut non deleatur nomen ejus ex Jſrael.* 1. *Ratio.*

Et v. 7. ibi : Non vult frater viri mei ſuſcitare ſemen fratris ſui in Jſrael. Jn quibus locis expreſſa ſit mentio *Jſraelis*.

2. Ratio. 2. Per rationem. Nam ſingularis juris iſtius, hanc rationem, vulgò Theologi tradunt, quod ex iſto populo CHRISTUS naſci debuit, quemadmodum etiam ex ea natus fuit. *Matth. 1. Luc. 3.* Voluit igitur DEUS, diſtinctionem familiarum in Jſraele conſervari, propter promiſſionem de Chriſto Meſſia, qui ſecundum carnem, è tribu Juda naſci debuit, & ut certò aliquando, Servatoris noſtri Genealogia, contexi poſſet. Is autem cum natus nunc, & in mundum miſſus ſit, inde conſtat, hanc legem jam exoleviſſe. Nemo itaque nefarijs ſuis libidinibus, aut inceſtis nuptijs, eam prætexat. Quæ, ſublatâ causâ, nullum amplius locum habet, inquit Oſiander & Marbach. *in comment. Deuter. 25. Hunnius ad cap. 22. Matth. part. 3. loc. comm. 4. pag. 498.*

Quod autem prohibitio, *qua Levit. 18. extat*, non ſit politica, ſive forenſis, aut ceremonialis, ſed ſit univerſalis, pertinens ad jus naturale, ſeu legem

gem moralem, quæ eſt omnium homi-num & temporum, & mutari non pot-eſt, id patet ex claris ipſius textus ver-bis.

Dicitur enim *in d. c. 18. v. 6.* Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedet. Ubi dictio, Omnis homo, eſt univerſalis, & non patitur reſtrictionem. Nam qui dicit Omne, nihil excludit. *l. omnia de reb. credit. l. Julianus. 68 De legat. 3. l. procuratorem 11. C. Mandat. Can. ſi Romanorum. diſt. 19. cap. ſollicita 6. §. Nos autem: in fin. ibi: nihil excipit. qui dixit quodcunq; de Majorit. & obedient. cum ſimilib.* Et dicitur: non accedet. Ubi negativa poſtpoſita ſigno univerſali, facit, ut æquipolleat ſuo contrario. *l. obligari. 9. in pr. de autorit. Tutor. l. in bello. 12. §. 1. de captiv. & poſtlim. revers. Bart. ad tit. Qui ſint rebelles. in verb. nonnullos. Et in l. ſi is qui ducenta. §. utrum. De reb. dub. &c.*

Tantundem igitur eſt, ac ſi diceretur, nullus homo, ſive, nemo, ad ullam propinquam carnis ſuæ accedat, ad revelandam turpitudinem &c. Fortius autem negat Oratio negativa, quam

Digitized by Google

quàm affirmat affirmativa. *l. Hoc genus 106. de condit. & demonſtrat. Decian. vol. 2. conſil. 1. n. 60. Pruckm. conſil. 1. n. 62. c. fin. §. His itaq; diſt. 6. Paul. Paris. d. vol. 4. conſil. 68. n. 21. & 43.*

Emphaſis etiam, vocabulorum Hebræorum, oſtendit prohiberi, ne quis ducat carnem carnis ſuæ. Vir autem & uxor ſunt una caro, & habet uterque reliquias ſuæ carnis in conjugis cognatis. *Chemnic. part. 3. Locor. Theolog. de conjugio cap. 3. §. 1.*

Confirmat hanc ſententiam verſiculus antecedens quintus *ejusdem capitis 18.* Cuſtodite, inquit textus, leges meas atque judicia, quæ faciens homo, vivet in eis. Ubi indefinita, faciens homo, æquipollet univerſali faciens omnis homo, *l. ſi neceſſarias §. ſi annuis 3. De pignorat. act. l. ſi pluris 44. de legat. 2. l. ſi ſervitus 23. de ſervitut. urban. prædior.* maxime, ſi materia ſubjecta, ſit neceſſariò vera, *c. ut circa. 4. & ibi* Dd, *de election. lib. 6. Covarr. lib. 1. variar. reſolut. cap. de Orat. indefin. & an ea univerſal. vim. hab. 13. n. 6. & ſeqq.*

Confirmatur etiam hæc ſententia, quoniam Chriſtus ipſe verſiculum iſtum ad legem moralem retulit. *Matth. 19. v. 17. & Luc. 10. v. 28. Item, Paul. ad Galat. 3. v. 12.* Quod etiam *verſiculus 3. 23. & ſequentes, ejusdem capitis*, probant, ubi carpuntur, & puniuntur aliæ gentes, quæ ſeſe factis iſtis polluebant. Leges autem merè Moſaicæ, non obligant alias gentes, quæ nec propter earum tranſgreſſionem, puniebantur. Conſtat igitur, eſſe jus naturale, legem moralem, univerſalem, & perpetuam, quam ipſi quoq; Prophetæ referunt inter morales. *Ezechiel. 22. v. 10. Amos. 2. v. 7.* Unde Johan. Baptiſta, Herodem, in Novo Teſtamento, ex ijs arguit, non propter raptum, aut adulterium; ſed ob inceſtum. Non licet, inquit, habere tibi uxorem fratris tui. *Marc. 6. v. 18. Matt. 14. v. 13.*

Dictantur etiam iſtæ prohibitiones, à jure naturali, *teſte Paulo 1. Corinth. 5. v. 1.* Et quod prohibitiones iſtæ, ſint morales, inde quoque colligi poteſt, quoniam earum tranſgreſſoribus, pœnæ capitales imponuntur. *Levit. 20. v. 11. & ſeqq. Deut. 23. v. 1. Deut. 27. v. 20. Videatur omninò Chemnicius. d. loc.*

Quæſt. Ulterius jam diſceptatur; an vidua filio ſororis conſanguineæ, vel uterinæ, mariti ſui defuncti, juſtè nubere poſſit? Exempli cauſa. Moritur maritus, relinquens viduam, & ex ſorore ab uno latere conjuncta, nepotem: quæritur, an ei vidua nubere poſſit? Quamvis autem de jure divino, tales nuptiæ vetitæ non ſint, neque de jure Civili. Quia tamen jure Canonico prohibentur, quo in matrimonialibus uti ſolemus, rectè conſuluit Pruckmannus, nuptias concedendas non eſſe. *part. 2. conſil. 11.* Num verò ſuper his prohibitis gradibus diſpenſari poſſit? De eo videri poterit Schneidevvinus *ſub tit. de arbore affinitatis. n. 22. pag. 51.* Qua de re nos alibi plura dicemus.

Cæterum etſi ſervitus omnem cognationem tollat. *§. Quod autem. 6. Inſtit. de cap. dimin.* Jus tamen ſanguinis, & naturæ, in ſervis manet. *l. Quod attinet. 32. De R. J.* Unde fit, quod ſervorum manumiſſio, nuptijs nihilominus eſt impedimento. *§. Illud 10. infra h. t. l. 14. §. ſerviles. ff. eod.* in nuptijs enim, naturale jus, & pudor inſpiciendus eſt *d. l. 14. §. ſerviles. ff. h. t.* quod in ſervis manet. *d. l. Quod attinet. de R. J.*

Planè

Planè ſi adverſus ea, quæ diximus, aliqui coierint, iſtis nuptiis, juſtarum nuptiarũ effectus, denegantur. §. *ſi adverſus ea. 12. h. t. l. Quoties 6. ff. Qui ſatisdar. cog. l. ſi aut nullum. 4. C. de legit. hered. l. Nulla differentia. 2. de autorit. Tutor. l. Non dubium. 5. C. de legib. l. 4. & 6. C. de inceſt. nupt. Donell. lib. 13. cõment. c. 19. circ. fin. Schneidvv. de nupt. illicit. part. 3.*

Planè fit interdum, ut nuptiæ quidem juſtæ ſint, & licitæ; nihilominus tamen puniantur: puta, ſi vidua, nubat intra luctus annum. Ita namq; Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius Impp. Eutropio præfecto prætorio reſcripſerunt. Si qua mulier, nequaquam luctus religionem, priori viro, nuptiarum feſtinatione præſtiterit: ex jure quidem notiſſimo ſit infamis: præterea ſecũdo viro, ultra tertiam partẽ bonorum, in dotem non det: neque ex teſtamento plus, quàm tertiam partem relinquat. Omnium præterea hæreditatum, legatorum, fideicommiſſorum, ſupremâ voluntate relictorum, mortis causâ donationum, ſit expers.

Hæc namque omnia, ab heredibus, vel coheredibus, aut ab inteſtato ſuccedentis

,, fratris ſui, facinus exterminatione dignũ ,, admiſerit, nuditatem fratris ſui detexe-,, rit; ſine liberis ſunto. Cum quibus conſentit Novi Fœderis diſpoſitio *Matth. 14. v. 4.* Ubi Johannes ad Herodem: Non ,, licet, inquit, habere tibi uxorem fratris tui, Et *Matth. c. 8. v. 18*.

Affirmativa.

Attamen in contrarium legitur apud Moſen *in Geneſi c. 38. v. 28. & ſeqq.* quod Judas ad Onam filium ſuum dixit: Ingredere ad uxorem fratris tui, & ſociare illi, & ſuſcites ſemen fratris tui. Qui cum hoc non faceret, ſed ſemen in terram funderet, ne liberi fratris nomine naſcerentur: iccirco percuſſit eum dominus, eò, quod remdeteſtabilẽ faceret. *Et Deut. 25. v. 5.* legitur, quãdo habitaverint fratres ſimul, & unus ex eis, abſq; liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, ſed accipiet eam frater ejus, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui. &c *usq; ad v. 11.*

Ita quoque *Ruth. c. 4. v. 5.* Boez propinquo dicit: Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth Moabitidem, quæ uxor defuncti fuit, debes accipere. Et *Matth. 22. v. 25.* legitur. Erant apud nos ſeptem fratres, & primus uxore ductâ, defunctus eſt, & non habens ſemen, reliquit

uxorem

uxorem ſuam fratri ſuo. In quam rem etiam alibi paſſim teſtimonia extant. *Marc. 12. v. 19. Luc. 20. v. 28. Matth. 14. v. 3. Marc. 6. v. 11. &c.*

Pugnam hanc, quæ in Biblicis textibus eſſe videtur, docti viri, multifariam conciliare nituntur. *Concil.*

† 1. Primo namque docent aliqui, quod prohibitio *Levit. 18. cap. verſ. 16.* loquatur de vivente, ſeu ſuperſtite fratre: præceptum autem *Deut. 25.* & exempla, quæ præcedunt iſtud, & ſequuntur, in Veteri ſimul, & Novo Teſtamento, de fratre defuncto. Ita docet *Eraſmus Marbachius in commentarijs in Deuter. c. 25. §. Quoad. 3. pag. 246.* † *1. Opin.*

In qua ſententia, fuiſſe videtur Auguſtinus etiam, dum ita ſcribit: „ambiguum eſt, inquit, utrum Herodis mortui, an vivi fratris, uxorem? & ideo non ita claret, quid Johannes ei non licere dicebat. *Auguſtin. in libell. de fid. & operib. c. 19.* Ambiguum autem facit, contextus Joſephi *lib. 18. Judaicar. antiquitat. c. 6. & 7.* Nam *in c. 6. circ. fin.* de obitu Philippi tractat: Deinceps in cap. ſeptim. demum recenſet, quod Herodes Tetrarcha, ſuam uxorem ejecerit, & Herodiadem,

Herodis fratris uxorem, abduxerit. Sed quid frequentius in Hiſtorijs, quàm hyſterologiæ? Ipſe Ioſephus *eod. cap. circ. fin.* teſtatur apertè, quod abduxerit, vivo fratre. ibi: Nupſit Herodi fratri germano, eodem patre genito, relicto adhuc priore ſuperſtite. Et quod Herodes, marito adhuc vivo, & ſuperſtite, abduxerit Herodiadem, exiſtimant pleriqque, *teſte Duareno ad tit. Digeſtor. ſolut. matrimon.* Idemque, quod Philippus frater tum vixerit, omninò ſentit Hieronymus *ſuper cap. Matth.* 14. Qua de cauſa, rectè Johannes ad ipſum dixit: non licet tibi habere uxorem fratris tui. *Marc. 6. v. 18.*

Reijcitur. † Cæterum hanc diſtinctionem, inter mortuum, & vivum fratrem, Iohannes Calvinus, & Albericus Gentilis, reijciunt.

1. Quod non conveniat, in diverſos ſenſus torquere, quæ uno in loco, ijsdem verbis, pronunciantur. Ergò, inquiunt, ſicut non eſt retegenda turpitudo patris defuncti; ita quoque nec mortui fratris.

2. Quia vivo fratre, alia ratione.

prohibetur ejus uxorem ducere; quoniam eadem duobus nupta eſſe non poteſt. *§. Affinitatis. 6. infr. h. t.* Quod extendunt, ut ne quidem à Fratre dimiſſam, ducere poſſit, ſuperſtite fratre, propter unitionem carnis. *Gentil. d. lib. 5. de nupt. c. 9. Marbach. d. loc.* Neque viduam, ipſo defuncto, *Donell. lib. 13. comment. 19. pag. (mihi) 197. §. Affinitas. circ. fin.*

† II. Secunda Opinio Calvini, qui legem, de fratris mortui uxore ducenda, *Deuter. 25.* non de germanis fratribus accipit, ſed de cognatis remotioribus, qui non ſunt in prohibito gradu, *Calvin. in comment. ad ſeptim. praeceptum. ad iſt. tex. Levit. 18. verſ. 16. pag. 406.* *2. Opinio.*

† Sed hanc expoſitionem, ne quidem ipſius aſſeclæ, Beza, Junius, Tremellius, multò minus Bellarminus, aut alij recipiunt. Eſt enim violenta. Nam lex loquitur de Leviro & Glote. *Reijcitur.*

III. Tertia opinio eorum, qui diſtinguunt, an frater defunctus liberos reliquerit, an verò non? Priore caſu, non poteſt Glos Leviro nubere: *3. Opinio.*

Digitized by Google

Poſteriore, fratris ſine liberis defuncti, viduam uxorem ducere debet. Quæ diſtinctio probatur è textuum Biblicorum collatione, *Deuter.* 25. *& Levit.* 18. *&* 21. Item ex Joſepho, *lib.* 17. *Judaicar. antiquit. c. fin.* Ubi Archelaus reprehenditur, quod contempto more patrio, Glaphyram, olim Alexandri fratris ſui conjugem, & liberorum ex illo ſuſceptorum matrem, duxerit, quamvis Judæi vetentur fratrum uxores ducere, ſcil. in caſu exiſtentium liberorum. Et *lib.* 18. *Judaic. antiquit. ibi:* poſtquam natum: Probatur etiam hæc diſtinctio ex lege Zenonis, *penult.* C. *de inceſt. nupt.* Eamque non ſolùm Euſebius & alij veteres & recentiores Theologi, verùm etiam JCti plerique retinent & defendunt, præſertim *Pariſius conſil.* 68. *n.* 77. *Tiraq. de legib. connubial. gl.* 1. *part.* 7. *n.* 50. *Donell. lib.* 13. *comment. c.* 19. *Gentil. d. lib.* 5. *cap.* 9.

Eſt igitur jus univerſale, & naturale, quod frater, ducere nequeat uxorem fratris ſui; neque vivi, neque mortui, & vivi, ne repudiatam quidem. Uno tamen caſu licebat (immò debebat) frater fratris viduam ducere, nempe ſi is ſine

liberis

liberis deceſsiſſet. Qui caſus non exceptionem aliquam complectitur, quod Bellarminus opinatur: ſed continet legem ſive præceptum. *Deuter. 25. verſ. 5. ibi: quæ ei lege debetur.* Et quod non fuerit Exceptio, vel diſpenſatio, ſeu permiſſio quædam, ſed potius præceptum, inde quoque conijci poteſt, quod contra facientes puniebantur, *in lib. Ruth. c. 4. Geneſ. 38. verſ. 10.* Jtemque quod fuerit præceptum, ſatis probatur per Auguſtinum, *relatum in Can. Olim 8. cauſ. 8. quæſt. 1. ibi: juſſus &c. & verſ. quod ſi recuſaret. Et in Can. 1. ibi: præcepit. &c. & ibi: præceptis. cauſ. 35. quæſt. 1.*

Neque tamen eſt lex generalis, & univerſale præceptum, ad omnes gentes lata, quæ Chriſtianos etiam hodie ſtringat, ſicut Pariſius conſulendo defendere nititur, *d. conſil. 68. n. 65. & ſeqq.* Sed eſt potius particularis, & ſingularis, atque politica, ceremonialis, ac forenſis, Jſraelitico duntaxat populo lata, non niſi Judæos obligans, & obſtringens. Quæ ſententia probatur.

1. Per textum *Deuter. 25. verſ. 6. ibi: ut non deleatur nomen ejus ex Jſrael.* 1. *Ratio.*

Et v. 7. ibi : Non vult frater viri mei ſuſcitare ſemen fratris ſui in Jſrael. Jn quibus locis expreſſa ſit mentio *Jſraelis.*

2. Ratio. 2. Per rationem. Nam ſingularis juris iſtius, hanc rationem, vulgò Theologi tradunt, quod ex iſto populo CHRISTUS naſci debuit, quemadmodum etiam ex ea natus fuit. *Matth. 1. Luc. 3.* Voluit igitur DEUS, diſtinctionem familiarum in Jſraele conſervari, propter promiſſionem de Chriſto Meſſia, qui ſecundum carnem, è tribu Juda naſci debuit, & ut certò aliquando, Servatoris noſtri Genealogia, contexi poſſet. Is autem cum natus nunc, & in mundum miſſus ſit, inde conſtat, hanc legem jam exoleviſſe. Nemo itaque nefarijs ſuis libidinibus, aut inceſtis nuptijs, eam prætexat. Quæ, ſublatâ causâ, nullum amplius locum habet, inquit Oſiander & Marbach, *in comment. Deuter. 25. Hunnius ad cap. 22. Matth. part. 3. loc. comm. 4. pag. 498.*

Quod autem prohibitio, *quæ Levit. 18. extat*, non ſit politica, ſive forenſis, aut ceremonialis, ſed ſit univerſalis, pertinens ad jus naturale, ſeu legem

gem moralem, quæ eſt omnium hominum & temporum, & mutari non poteſt, id patet ex claris ipſius textus verbis.

Dicitur enim *in d. c. 18. v. 6.* Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedet. Ubi dictio, Omnis homo, eſt univerſalis, & non patitur reſtrictionem. Nam qui dicit Omne, nihil excludit. *l. omnia de reb. credit. l. Julianus. 68. De legat. 3. l. procuratorem. 11. C. Mandat. Can. ſi Romanorum. diſt. 19. cap. ſollicitæ 6. §. Nos autem; in fin. ibi: nihil excipit. qui dixit quodcunq; de Majorit. & obedient. cum ſimilib.* Et dicitur: non accedet. Ubi negativa poſtpoſita ſigno univerſali, facit ut æquipolleat ſuo contrario. *l. obligari. 9. in pr. de autorit. Tutor. l. in bello. 12. §. 1. de captiv. & poſtlim. reverſ. Bart. ad tit. Qui ſint rebelles. in verb. nonnullos. Et in l. ſi is qui ducenta, §. utrum. De reb. dub. &c.*

Tantundem igitur eſt, ac ſi diceretur, nullus homo, ſive, nemo, ad ullam propinquam carnis ſuæ accedat, ad revelandam turpitudinem &c. Fortius autem negat Oratio negativa, quam

quàm affirmat affirmativa. *l. Hoc genus 106. de condit. & demonſtrat. Decian. vol. 2. conſil. 1. n. 60. Pruckm. conſil. 1. n. 62. c. fin. §. His itaq; diſt. 6. Paul. Paris. d. vol. 4. conſil. 68. n. 21. & 43.*

Emphaſis etiam, vocabulorum Hebræorum, oſtendit prohiberi, ne quis ducat carnem carnis ſuæ. Vir autem & uxor ſunt una caro, & habet uterque reliquias ſuæ carnis in conjugis cognatis. *Chemnic. part. 3. Locor. Theolog. de conjugio cap. 3. §. 1.*

Confirmat hanc ſententiam verſiculus antecedens quintus *ejusdem capitis 18.* Cuſtodite, inquit textus, leges meas atque judicia, quæ faciens homo, vivet in eis. Ubi indefinita, faciens homo, æquipollet universali faciens omnis homo, *l. ſi neceſſarias §. ſi annua 3. De pignorat. act. l. ſi plures 44. de legat. 2. l. ſi ſervitus 23. de ſervitut. urban. prædior.* maximè, ſi materia ſubjecta, ſit neceſſariò vera, *c. ut circa. 4. & ibi Dd. de electſion. lib. 6. Covarr. lib. 1. variar. reſolut. cap. de Orat. indefin. & an ea univerſal. vim. hab. 13. n. 6. & ſeqq.*

Con.

Confirmatur etiam hæc ſententia, quoniam Chriſtus ipſe verſiculum iſtum ad legem moralem retulit. *Matth. 19. v. 17. & Luc. 10. v. 28. Item, Paul. ad Galat. 3. v. 12.* Quod etiam *verſiculus 3. 23. & ſequentes, ejusdem capitis* probant, ubi carpuntur, & puniuntur aliæ gentes, quæ ſeſe factis iſtis polluebant. Leges autem merè Moſaicæ, non obligant alias gentes, quæ nec propter earum tranſgreſſionem, puniebantur. Conſtat igitur, eſſe jus naturale, legem moralem, univerſalem, & perpetuam, quam ipſi quoq; Prophetæ referunt inter morales. *Ezechiel. 22. v. 10. Amos. 2. v. 7.* Unde Johan. Baptiſta, Herodem, in Novo Teſtamento, ex ijs arguit, non propter raptum, aut adulterium; ſed ob inceſtum. Non licet, inquit, habere tibi uxorem fratris tui. *Marc. 6. v. 18. Matt. 14. v. 13.*

Dictantur etiam iſtæ prohibitiones, à jure naturali, *teſte Paulo 1. Corinth. 5. v. 1.* Et quod prohibitiones iſtæ, ſint morales, inde quoque colligi poteſt, quoniam earum tranſgreſſoribus, pœnæ capitales imponuntur. *Levit. 20. v. 11. & ſeqq. Deut. 23. v. 2. Deut. 27. v. 20. Videatur omninò Chemnicius. d. loc.*

Planè ſi adverſus ea, quæ diximus, aliqui coierint, iſtis nuptiis, juſtarum nuptiarū effectus, denegantur. *§. ſi adverſus ea. 12. h. t. l. Quoties 6. ff. Qui ſatisdar. cog. l. ſi aut nullum. 4. C. de legit. hered. l. Nulla differentia. 2. de autorit. Tutor. l. Non dubium. 5. C. de legib. l. 4. & 6. C. de inceſt. nupt. Donell. lib. 13. cōment. c. 19. circ. fin. Schneidvv. de nupt. illicit. part. 3.*

Planè fit interdum, ut nuptiæ quidem juſtæ ſint, & licitæ; nihilominus tamen puniantur: puta, ſi vidua, nubat intra luctus annum. Ita namq; Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius Impp. Eutropio præfecto prætorio reſcripſerunt. Si qua mulier, nequaquam luctus religionem, priori viro, nuptiarum feſtinatione præſtiterit: ex jure quidem notiſſimo ſit infamis: præterea ſecūdo viro, ultra tertiam partē bonorum, in dotem non det: neque ex teſtamento plus, quàm tertiam partem relinquat. Omnium præterea hæreditatum, legatorum, fideicommiſſorum, ſupremâ voluntate relictorum, mortis cauſâ donationum, ſit expers.

Hæc namque omnia, ab heredibus, vel coheredibus, aut ab inteſtato ſuccedentis

dentibus vindicari jubemus: ne in his, in quib. correctionem morum induximus, fiſci videamus habere rationem. His et jam amittendis, quæ prior maritus ei ſuprema voluntate, reliquerit: quanquam hæc, quæ mulieri à priori viro relinquuntur, & per immaturum matrimonium vacuata eſſe cæperunt, primo à decem perſonis, edicto prætoris enumeratis, id eſt, aſcendentibus, & deſcendentibus: ex latere autem, uſque ad ſecundum gradum, ſcilicet gradibus ſervatis, deinde præſumi à fiſco jubemus. Eandem quoque mulierem infamem redditam, hereditates ab inteſtato, vel legitimas, vel honorarias, non ultra tertium gradum ſinimus vindicare. P P. 15. Kal. Januar. Gratiano V. Theod. A A. Conſſ. 380. *l. 1. C. de ſecund. napt.*

Si qua ex fœminis perdito marito, intra anni ſpatium, alteri feſtinaverit nubere, (parvum enim tempus, poſt decem menſes, ſervandum adjicimus: tametſi id ipſum exiguum putemus) probroſis inuſta notis, honeſtioris nobiliſq; perſonæ decore & jure privetur: atque omnia quæ de prioris mariti bonis, vel jure ſponſaliorum, vel judicio defuncti cõjugis,

gis, conſecuta fuerat, amittat. Datum. 3. Kalend. Junij, Conſtantinopoli, Eucherio & Syagrio Coſſ. 381. *l.* 2. C. *de ſecund. nupt.*

Opinantur quidem aliqui, iſtas conſtitutiones, per jus Canonicum, correctas eſſe, nempè, *per c. penult. & ult. ext. de ſecund. nupt. Gabriel. Roman. lib. 3. de ſecund. nupt. concl. 5. & 6.* † Sed alij quàm plures, contrarium ſtatuunt, quod illa juris Canonici capitula, de remiſſione duntaxat infamiæ, ſint intelligenda. *Panormitan. & alij comm. ad d. c. fin. extr. de ſecund. nupt. Petr. Peck. de teſtam. conjug. lib. 1. c. 47. Corn. vol. 3. cons. 21. Matth. de Afflictis decis. 475. Connan. lib. 8. comm. 7. Curt. lib. 3. conject. 9. Sichard. ad iſtas leges. Panormitan. in c. Eccleſiæ. de conſtit. Coraſ. 3. Miſc. 1. Soarez in comm. opin. lit. N. n. 77. Covarruv. de ſponſalib. p. 2. c. 3. §. 9.*

CAP.

CAPUT VIII.

DE MATERIA NUptiarum, ſive Conſenſu.

MAteriæ loco non ineptè ſupponere poſſumus conſenſum, quem nuptiæ requirunt.

Nuptias enim, non concubitus, ſed conſenſus facit, inquit Ulpianus *in l. Cui fuerit. 15. in fin. de condit. & demonſtr. & in l. Nuptias 30. Ubi latè Decius. de R. J.* Et juxta Paulum, Nuptiæ conſiſtere non poſſunt, niſi conſentiant omnes, *l. 2. de rit. nupt.* Nam nuptiæ ex ſolo affectu valent, & ratæ ſunt, inquit Juſtinian. *in Nov. Quib. mod. natural. fil. efficiant. legit. 74. c. 4.* Matrimonium namque ſolo conſenſu contrahitur, & voluntate. *c. cum locum 14. de ſponſal. can. Matrimonium 1. & Can. Sufficiat. 2, ibi. Solus ſecundum Leges conſenſus. cauſ. 27. quæſt. 2. l. 4. ibi: nudus conſenſus. de ſponſalib. l. 8. C. de repud. &c.*

Requi-

Requiritur autem conſenſus eorum qui coeunt, & quorum in poteſtate ſunt, *d. l. 2. de rit. nupt.*

Vnde fit, quod filius emancipatus, quoniam in poteſtate non eſt, etiam ſine conſenſu patris, uxorem ducere poſſit. *l. filius emancipatus. 25. De rit. nupt. l. Non tantum. 3. §. ſi emancipatus 5. De bonor. poſſeſs. contr. tab.* In filia tamen emancipata, diverſum obtinet, ſine dubio, propter imbecillitatem & fragilitatem ſexus, *l. 18. l. 20. C. de nupt.*

Cæterùm conſenſus debet eſſe verus, & non ſimulatus. Nam, ut Cajus loquitur, ſimulatæ nuptiæ, nullius momenti ſunt, *l. ſimulatæ. 30. De rit. nupt. l. 54. De O. & A. l. 13. C. de nupt.* Deinde debet eſſe liber, non coactus. Nihil enim conſenſui tâm contrarium eſt, quàm vis atque metus: quem comprobare contra bonos mores eſt, *l. Nihil conſenſui. 116. in pr. de R. J. l. 1. & tot. tit. ff. & C. Quod met. cauſ.* Metus igitur juſtus vitiat matrimonium, & facit ipſo jure nullum. *c. conveniens. 13. c. cum locum. 14. c. conſultationi. 28. De ſponſal. Covarr. part. 2. c. 3. §. 4. n. 2. & ſeqq. Beuſt. in tract. de matrim. c. 44. Menoch. lib. 3. præſumt. 4. Cypræ. in tr. de ſponſal. c. 13. §. 14. & ſeqq. Reuſner. lib. 4. deciſ. 6.*

Quam

Quam doctrinam extendunt, ut locum habeat; etſi juſjurandum acceſſerit. *Covarr. d. c. 3. §. 5. Beuſt. d. l.* Reſtringunt autem, ut non procedat, ſi poſtquam cauſa metus ceſſat, is qui coactus promiſerat, ratum habeat ſubſequente libero conſenſu. *Covarr. d. c. 3. §. 6. Cypræus d. c. 13. §. 23. Alberic. Gentil. lib. 3. de nupt. cap. fin. Teod. Beza in tract. de divort. pag. 83.* Item, quod metus iſte purgetur, ſi copula fuerit inſecuta. *d. c. conſultationi 28. & ibi. Panorm. Felin. Innocent. & alij, de ſponſal. Beuſt. & Cypræ. dict. loc. Gentil. lib. 7. de nupt. c. 11. Reuſner. lib. 3. deciſ. 6.*

Dolus etiam, ſi fortaſſis enormis ſit, ut conſenſum & matrimonij libertatem tollat, nuptias infringit. *l. Titio centum. 71. §. 1. de condit. & demonſtr. c. Gemma 29. de ſponſal. Nicol. Reuſner. lib. 3. deciſ. 5. per tot. præſertim. n. 7. & ſeqq.*

Quoniam etiam conſentire non videntur qui errant, *d. l. Nihil conſenſui 116. §. fin. de R. J. l. ſi per errorem, & ibi Jaſon & Alex. de juriſdict. om. Iud. l. 2. in pr. de judic. l. Non idcirco. 9. C. de jur. & fact. ignorant. l. ſed hæc ita 20. de aq. pluv. arcend. Can. In quibus 6. cauſ. 22. q. 2. Cap. quamvis 38. diſt.*

Ideo

Ideo matrimonium per errorem contractum non valet. Qua tamen in re, vulgò diſtingui ſolet, inter errorem in perſona, conditione, fortuna, & qualitate.

Error perſonæ nuptias contrahendas impedit, & dirimit contractas. *c. un. cauſ. 29. q. 1. Covarr. part. 2. c. 3. §. 7. Cypræ. de ſponſal. c. 13. §. 32. & ſeqq. Gentil. lib. 3. cap. 2.*

Error in conditione ſive ſtatu, ſi is deterior ſit, quàm alter opinaretur, puta ſi ancilla ſit, quam ipſe liberam eſſe credebat, matrimonium irritat. *Cypræ. d. c. 13. §. 38. Covarruv. d. part. 3. § 7.*

Error fortunæ, vel in bonis, ſi quis ab altera parte non doloſè fuerit inductus, matrimonium non vitiat, *d. cauſ. 29. q. 1. Gentil. lib. 3. de nupt. c. 4. Cypræ. c. 13. §. 58.*

Error deniq; qualitatis, etiam non impedit matrimonium, utpote, ſi probam quis crederet & morigeram, quæ tamen pervicax eſt & capitoſa vel rixoſa. *Beuſt. de ſponſalib. c. 10. pag. 14. & ſeqq.*

Solet autem in hoc loco diſputatio moveri, ſi quis præfloratam, id eſt, ab alio vitiatam, pro virgine duxerit, an matrimonium reſcindi debeat?

1. Opin.
Prima opinio negativa.

Quod matrimonium non debeat reſcindi.

1. Ratio. 1. Ratio; à favore matrimonij, quia matrimonium in Eccleſiæ facie ritè contractum, eſt res favorabilis. *c. fin. de ſentent. & re judic c. Mulieri. 34. de jurejur. Can. ſi quis accepit. 3. cauſ. 3 . q. 1.* pro quo in dubio præſumitur & pronunciatur. *l. Herennius. 63. §. 1. de Evict.* Et quamvis aliàs error vitiet contractum; attamen matrimonium non ita facilè dirimit, & diſrumpit, niſi ſit in materia vel in forma. *arg. l. ſi ego 42. ff. ſi cert. pet. l. cum in corpus 35. de acq. rer. domin.* Matrimonia namque non facilè turbari debent. *l. 1. § fin. De liber. exhibend.* quoniam eſt dura & acerba ſeparatio. *l. 12. §. 1. De inſtruct. & inſtrum. legat.*

2. Ratio. 2. Ratio. Quoniam error qualitatis conſenſum non excludit, neque matrimonium vitiat. *c. un. in fin. cauſ. 29. quaeſt. 1.* Ubi refertur hic, inter errorem qualitatis, hiſce verbis: Qui ducit in uxorem meretricem, vel corruptam, quam putat eſſe caſtam, vel virginem, non poteſt eam dimittere, & aliam ducere, &c. Item: *c. quemadmodum. 25. Extr. de jurej.* ibi:

ibi: Si vir mulieri juraſſet, quando contraxit cum illa, quod eam ſemper pro legitima uxore teneret, pro fornicatione, quam mulier antea commiſiſſet, non poſſet eam dimittere, &c. In quam ſententiam Ulpianus etiam ſcribit: Si quis virginem ſe emere exiſtimet, cum ea ſit mulier, tametſi eum ſciens hoc modo venditor errare patiatur, nullo tamen modo ex ea cauſa redhibitionem eſſe, *per text. & ibi notata in l. Alioqui. 11. §. 1. De contrab, empt. l. ſi ſterilis 21. §. Quamvis l. Ex emto. 11. §. ſi quis virginem. 5. De action. emt. & vend.* Neq; enim hîc ullus error eſt, vel ſexus, vel ipſius perſonæ, ſed potius conſenſus liber & legitimus, qui contractum perficit, *l. 1. in fin. de contrab. emt. l. cum teſtamentum. 8. & l. Non idcirco. 9. C. de jur. & fact. ignorant.*

3. Ratio. Quoniam nuptiarum eadem eſt cauſa & conditio, quæ libertatis, jurisjurandi, & aliarum ſpiritualium rerum, quæ ſi ſemel perfectæ ſint, ipſo jure valent, & amplius reſcindi vel per redhibitionem, vel reſtitutionem, aut alium modum, nequeunt. *l. liberos. 10. C. de liberal. cauſ. & tot. tit.* *3. Ratio.*

C. ſi ad libert. quis provoc. Auth. Sacramenta. C. ſi adverſ. vendit. l. 9. §. fin. De minor. c. Quanto 7. Extr. de divort. Speculat. in tit. de reſtit. in integ Weſenbec. in parat. de ritu. nupt. n. 8. in fin. Quos enim Deus conjunxit, homo ne ſeparet. *Gen. 2. Matth. 19. Can. Quos DEUS. & Can. An quod. cauſ. 32. q. 2. Can. Deinde. diſt. 26. & c. Inter corporalia 2. de translat. Epiſc.*

Ratio 4. 4. Ratio à natura parium & correlativorum. Nam in correlativis ex natura relationis, neceſſe eſt, quod utrumque ſit verum aut falſum, & quando ponitur etiam reliquum. *l. fin. C. de interdict. viduit. l. fin. C. de accept. Gl. notabil. in Clem. un. in verb. æternaliter. De Summ. Trinit. & fid. Cathol. Bald. in l. Conventicula C. de Epiſc. & Cler. Eberhard. in top. in loc. A correlativ. & à parib.* Jam verò vir & uxor ſunt correlativa & paria. Neque tamen ob cauſam amiſſi pudoris ſponſa ſponſum repudiare poteſt, ſecundum Ambros. *in Can. Quicquid. caus. 32. q. 5.* Sicut nec publico judicio mulier habet adulterij accuſationem contra virum. *l. 1. C. ad leg. Jul. de adult.* Ergone marito licebit eâdem cauſa repudiare conjugem; cum conjuges ad paria judicentur. *Can. ſi quis uxorem, cauſ. 32. q. 1.* Et quod non

Digitized by Google

non licet fœminæ, neque viro licebit. *Can. Apud nos. cauſ. 32. q. 5. l. 1. & tot. tit. ff. Quod quiſq; juris in alium &c.*

5. Quoniam ſibi imputare debet, quod cum ea contraxit, cujus conditionem aut vitæ probitatem antea non ſatis exploravit, *arg. l. Qui cum alio. 19. De R. J. l. Quod te. 5. ff. ſi cert. pet. l. Magnam. 12. C. De contrab. ſtipul.* *Ratio 5.*

6. Ratio argumento à minore ad majus. Quia matrimonium non diſſolvitur ob animi vitia, puta, ſi conjux infidelis aut hæretica ſit, *l. penult. circ. fin. C. de repud. c. 2. Extr. de divort. d. Can. un. cauſ. 29. quæſt. 1.* *Ratio 6.*

7. Ratio. Quoniam publici commodi & humanitatis causâ, ea, quæ à ſervo geſta ſunt, qui liber cenſebatur, non reprobantur, *l. Barbarius 3. de Offic. Præd. Ubi Accurſ. monet*, quod benè geſtum eſt, inquit, non debet ex alio eventu retractari, *gl. in d. l. 3. in verb. reprobari. per l. ſancimus. 25. C. de adminiſtr. tut. & l. 1. in fin. & l. 2. ff. de itin. actuq; priv. l. fin. ff. de reb. eor. qui ſub tut. l. ſi non expedierit. 6. §. 1. ff. de bon. auterit. Jud. poßid.* *Ratio 7.*

8. Quò accedit octavò, quod ſtupri non poteſt à marito accuſari mulier, quæ in *Ratio 8.*

uxorem poſtea ducta eſt, quandoquidem, ut Ulpianus loquitur, ſerò mores mulieris accuſat, quos uxorem ducendo probavit. *l. ſi uxor. 13. §. fin. ff. ad leg. Jul. de adult. l. 39. de negot. geſt. l. 47. de Solution.*

9. Ratio. 9. Ratio. Quoniam is, qui mulierem publicam è lupanari extractam, in uxorem ducit, rem DEO gratam & acceptam facit, exemplo Salomonis & Oſeæ, de quo *Joſuæ cap. 2. & 6. Oſe cap 1.* Ubi D. Hieronymus, cujus verba relata ſunt *in Can. Culpandus non eſt ult. cauſ. 32. quæſt. 1.* „Hinc Clemens III. aut, ut alij volunt, Alexander, inter opera charitatis, inquit, non minimum eſt, errantem ab erroris ſui ſemitâ revocare. Et ſubjicit. Statuimus, ut omnibus, qui publicas mulieres de lupanari extraxerint & duxerint in uxores, quod agunt, in remiſſionem proficiat peccatorum. *c. Inter opera. 20. De ſponſal.* Quod enim in *can. Sicut. 1. cauſ. 32. q. 1.* ex Salomonis Proverbijs *in cap. 18. & Syracide cap. 15.* fatuus & injuſtus is dicitur, qui retinet meretricem; id de tali meretrice communiter accipiunt, quæ non vult pœnitere, *juxta gloſſ. Archidiacon. & alios. Gomezius in variis reſolut.*

ſolut. c. 13. n. 37. Vivius in communibus opinionibus. in verb. Condemnatus ad mortem. Tiraq. de pœn. temperand. cauſ. 56. in fi. Covarruv. in Epitom. part. 2. c. 8. § 11. & alij, quos refert practicorum princeps Jul. Clar. § fin. quæſt. 98. n. 6.

10. Ratio. Quia matrimonium omnia purgat & purificat. *c. ſuper eo. 5. De eo qui cognov. conſanguin. uxor ſuæ.* *10. Ratio.*

11. Undecima & ultima ratio. Quia falſa cauſa non vitiat actum ſive contractum. *l. falſa. 33. l. 17. De condit. & demonſtrat. l. 2. C. de fals. cauſ. adiect.* *11. Ratio.*

Quam opinionem negativam tuentur inter alios, *Kling in tract. de cauſ. matrim. in cap. de errore qualitatis. Weſenb. in paratit. de rit. nupt. n. 18. Petr. Greg. Toloſan. lib. 9. Syntagmat. c. 2. n. 4. Bronch. centur. 2. aſſert. 17.*

Secunda opinio affirmativa. *2. Opin.*

Quod matrimonium eo caſu diſſolvi poſſit, quo pro virgine nupſit alicui, ab alio corrupta, vel compreſſa: modò conſtet ex certis ſignis atq; argumentis, eam planè fuiſſe corruptam, & ab alio vitiatam: & maritus, re cognitâ, per concubitum non acquieſcat.

1. Ratio. 1. Ratio. Quoniam is, qui cum virgine matrimonium contraxit, non niſi in virginem conſenſit; ſed potius caſtitatis conditionem tacitè ſubintellexit. *d. c. quemadmodum 25.* Extr. *de jurejur.*

2. Ratio. 2. Ratio. Quoniam doloſè agit mulier vitiata, pro virgine ſe venditans, *l. 1. de dol. mal. Soarez in communib. opinion. in verb. dolus, n. 109.* Dolus autem ſuus, nemini patrocinari debet: quippe, quod per dolum malum, ſi legitimè probetur, bonæfidei contractus ipſo jure vitientur, *l. Et eleganter 7. in pr. de dol. mal. l. 5. C. de reſcind vendit.* Stricti verò juris contractus, per exceptionem reſcinduntur, *l. penult.* C. *de inutil. ſtipul. l. ſi quis cum aliter 36. de V. O.* Et ita quoq; matrimonium ipſum annihilatur, *c. Tua. in fi. de ſponſalib. Jaſon. Faber, & alij communiter in §. fuerat. Inſtit. de Action. per l. verum eſt 63. §. Tempus autem. ff. pro ſoc. l. Non debet.* 11. *in fi. & l. ſeq. de dol. mal. l. ſi in fraudem. 9. C. de legat.*

3. Ratio. 3. Ratio ab exemplis, & autoritate. Quoniam Hermes, Pauli Apoſtoli diſcipulus, ſcribit, maritum eſſe reum peccati uxoris ſuæ, & participem adulterij ipſius, ſi eam retineat, quam ſcit adulteram eſſe.

Digitized by Google

eſſe. Et Joſephus apud Matthæum à juſtitia commendatur, qui cum Maria conjuge, quam ex alio prægnantem ſuſpicabatur, ſecretò divortium facere inſtituit. Cum alioquin, ſi res non fuiſſet integra, judicio experiri potuiſſet, non ſine ipſius infamia, vel periculo; *Matth. 1. v.* 19. Sicut & apud Terent. *in Hecyr.* Pamphilus recuſat eam in uxorem ducere, quam ex alio imprægnatam eſſe putat.

4. Ratio. Quoniam lex Moſaica mulierem iſtiusmodi, quæ virginem ſe mentitur, lapidationis pœnâ, poſt copulam punit *Deuteronom. 21. & ſeq.* *4. Ratio.*

5. Ratio. Quoniam Lenocinij crimen contrahunt, qui deprehenſam in adulterio uxorem, in matrimonio retinuerunt, *l. 2. C. Ad leg. Jul. de adult. l. 2. §. 1. in fi. & l. 29. ff. eod.* *5. Ratio.*

6. Ratio. Quia ſi quis virginem ſe emere putaſſet, cum mulier veniſſet, & ſciens errare eum, venditor paſſus ſit, ex Emto competit actio, ad reſolvendam emtionem, ut reſtituto pretio, mulier reddatur, inquit Ulpian. *in l. Ex emto. 11. §. ſi quis virginem. 5. de action. emt.* *6. Ratio.*

7. Ratio deſumi poteſt ex Novell. Leonis. *ut ſi ſponſa ex alio gravida deprehendatur,* *7. Ratio.*

tur, ſponſalia reſcindi poßint. 93. ibi: Quo-
„ modo enim vera ſponſalia ſunt,in quibus
nihil verum, neque genuinum,conſpici-
„ tur? ubi meretricium ſe effert ſcelus, u-
„ bi cauſæ ſunt diſſidiorum, & odij, ubi a-
„ nimorum alienatio, quomodo ibi matri-
monialis concordia, quomodo purus
„ & ſponſalis amor? Quin ut quiſpiam
„ alterius fœtum ſibi ſubjiciat; id verò ra-
„ tio non patitur. Neque item juſtum eſt,
ut qui ſpe honeſtæ caſti matrimonij ob-
„ lectationis,ſponſam in domicilium ſuum
„ recipere conſtituerit, ſi illa matrimonij
„ legibus inſultet, & cum alijs laſciviendo,
oblectationis ſpem evanidam ipſi red-
„ dat, in meretricia illa facilitate, ipſam
„ uxorem agnoſcere debeat. Ita Leo *d. Nov.*
93. Ubi has circiter cauſas refert.

1. Quod conſenſus non rectè interve-
niſſe dici poſſit, quippe,quod ſponſus in
virginem conſenſerit, quæ tamen non
eſt,ſed vitiata, ſive ψευδοκόρη reperitur.

2. Quod inter eos non ſit coalitura
concordia, ubi tàm graves exiſtunt diſſi-
diorum cauſæ.

3. Quod ratio non patiatur, ut quis ſibi
fœminam ex alio gravidam,&fœtus alte-
rius,ſubjiciat.

4. Quod

Digitized by Google

4. Quod ſponſa oblectationis, & amoris gratiâ ducatur, quæ nulla eſſe poteſt: vel, ſi qua fuit, evaneſcit, ubi mulier reperitur alterius amori dedita, & ex ipſo gravida facta; propter quam levitatem meretriciam, vir ipſam uxorem agnoſcere non debet. Et hanc Imperatoris Leonis Novellam conſtitutionem in ſuam Epitomen redegit Harmenopolus Græcus Interpres. *lib. 4. tit. 1. & tit. 12.*

8. Ratio. Quoniam hic error, quandò quis ducit ψευδοκόρην, hoc eſt, quæ virgo non eſt, & tamen pro virgine ſeſe venditat, non eſt nudæ vel ſimplicis qualitatis; ſed potius ſubſtantialis, quia caſtitas de ſubſtantia matrimonij eſt, aut certè conditionis error, quoniam vitiata, quaſi capitis diminutionem & infamiam incurrit. Deformat enim nævus ejusmodi, mulierem, ut citra labem ignominiæ, vel honoris, & nominis imminutionem, in matrimonio retineri nequeat. Ubi ſanè durum & iniquum foret, ut alieni delicti odio, maritus inſuper ipſemet læſus, prægravari debeat; contra diſpoſitionem juris divini *lib. 2. Chronic. c. 25 v. 4. Jerem. 31. v. 30.* contra diſpoſitionem juris civilis. *l. crimen. 26. De pœn tot. tit. C. Ne uxor pro marit. tot. tit. C. Ne filius pro patr.* *8. Ratio.*

9. Ratio

9. Ratio. Quoniam hic perpetua ſuſpicio, ſemel malam, in poſterum etiam ſui ſimilem futuram. Nam qui ſemel pudicitiæ fines tranſierit, eum benè & gnaviter oportet eſſe impudentem, inquit Cicer. *lib. 5. Epiſt. famil. 12.* Hinc malus qui fuit ſemel, adhuc præſumitur malus, in eodem genere mali. *l. de minore. § ult. ff. de quæſtion. Nov. de teſtibus. 90. cap. 1. c. ſemel malus. & ibi Philipp. Francus. De R. J. in 6. Alciat. in tractat. de præſumtionibus. regul. 3. præſumt. 2. limitat. 5. Menoch. lib. 5. præſumt. 1. n. 32. & præſumt. 2. n. 50.* Malus enim, & ſemel nequam, ſemper præſumitur malus, ac nequam. *l. ſi cui. §. iiſdem. de accuſation. l. non omnes. §. A barbaris. De re militar. c. Nonnulli. diſt. 46. c. ſcribebam. de præſumt.* Non ſolum, inquit Ulpian. ea quæ facit, verùm ea quoque quæ fecit, etſi facere deſijt, lege notatur. Neque enim aboletur turpitudo, quæ poſtea prætermiſſa eſt. *Ulpian. in l. Palam. 43. §. Non ſolum. 4. de rit. nupt.* Quod præclarè Cicero confirmat *in orat. pro Cluent.* iſtis verbis: Ut opinio eſt de cujusq; moribus, ita quid ab eo factum ſit, exiſtimari poteſt, *Et in orat. ad Senat.* Quid quiſq; voluerit, cogitarit, admiſerit, non ex crimi-

ne,

ne, ſed ex moribus ejus, qui arguitur, eſt ponderandum. Et Quintilian. *lib. 5. inſtitut. Oratoriar. cap. 10.* ſpectanda ſunt, inquit, ante acta, dictaq; ex præteritis enim æſtimari ſolent præſentia. Quis ullam ullius boni ſpem habebit in eo, cujus primū tempus ætatis, palàm fuerit ad omnes libidines divulgatum. Hinc iterum *Cic. in orat. pro Q. Rabir.* Ubi quis ſemel peieraverit, ei credi poſtea, etiamſi per plures DEOS juret, non oportet. In quam rem plura contulit. Menoch. *lib. 5. præſumt. c. 32.* Ubi per ampliationes & limitationes regulam iſtam: Qui ſemel malus, ſemper talis præſumatur; explicavit.

10. Ratio. Quoniam talia matrimonia, ſi cogantur, triſtes & difficiles plerumq; exitus ſortiuntur *c. præterea. c. cum locum. c. requiſivit. De ſponſal.*

Et in hanc ſententiam, quod videl. matrimonium eo caſu, ſi ψευδοκόρη ſit quæ ducitur, reſcindi poſſit, ſiquidem inter partes transactio, ſive conciliatio nequit obtineri, inclinare videtur, *Alb. Gentil. lib. 6. de nupt. c. 13.* Eamq; ſeriò defendunt *Schurff. centur. 3. conſil. 9. Beuſt. cap. 34. De nupt. Melancht. in loc. de conjugio. Beza de divort. pag. 77.* Præcipuè verò Nicol.

col. Reuſner. *lib.* 4. *decis* 5. Ubi teſtatur hanc in curijs, & judicijs Eccleſiaſticis, paſſim hodie ſervari, adeò quidem, ut divortium cõcedatur, non ſolùm quoad menſam & torum; ſed etiam innocenti parti, facultas ad ſecunda vota transeundi, concedatur. *Cypræ. de ſponſal. c.* 13. §. 39. *& ſeqq. qui* §. 40. *circ. fin. dicit*; quod ſuo judicio rectius ſentiant, qui ſponſum ad eam accipiendam, quæ ab alio vitiata ſit, minimè teneri exiſtimant; autoritate verbi DEI, qui lege per Moyſen latâ, ſtatuit, ne quis meretricem duceret *Levit.* 21. *&* §. 41. *n.* 4. *v. unde efficitur.* ſcribit: jure divino, non rectè duci illã; quæ ab alio cõpreſſa ſit, tantũ abeſt, inquit, ut ad eam ducendam quis cogi poſſit, neq; id DEO probari, qui puellam vitiatam lapidibus obrui juſſit. *Deuter.* 22. Quod argumentum exemplis exoticis & domeſticis *ibidem* ſatis illuſtrat. Item §. 42. tractat; an ducens vitiatam ab alio, ſciens eam talem eſſe, repudiare poſſit? Et reſpondet negativè. Nec enim debet alicui affectata ignorantia, vel ſupina, & craſſa negligentia patrocinari. Item §. 43. Si ſponſa de conſilio, vel mandato ſponſi, vitiata ſit, ad exemplum, quod extat in

ſacris

ſacris literis de Rachele, quæ Jacobo Bilha ancillam dedit. *Genes.* 30. Et de Sara, quæ Abrahamo ancillam Hagar ſubjecit. *Genes.* 16. Item §. 44. Si quis ſponſam vitiatam ſciat, & tamen ab ea non abſtineat, quod talis patientia, ei obſtabit, ſi poſt expletâ libidine, & quando ſatietas ejus eum cepiſſet, ipſam repudiare vellet. Item §. 45. proponit quæſtionem: An ſponſa, quæ pro virgine ſe gerit, cum non ſit, à Magiſtratu puniri poſſit? Et §. 46. Ubi concludit, quod parentes, ſponſam corruptã pro virgine collocantes: arbitrariè puniri poſſint. Eandem ſententiam defendit Hugo Donell *lib. 13. comment. c. 10. & ibidem Hilliger. lit. A.*

Cæterùm ut in hac litigioſa diſputatione, juſtitiæ, veritatique perlitemus, caſus aliquos diſtinguendos eſſe putarem. ***Diſtinguitur.***

Primus igitur caſus eſto. Quando ſponſa præflorata deprehenditur, antequam eam ſponſus domum ducit, & cum ea concumbit. Quo caſu faciliùs diſſolutio ſponſaliorum concedi, neque ſponſus, ad ducendam ejusmodi ſponſam cogi poteſt. ***1. Caſ.***

Alter

2. Caſ. Alter caſus eſt, quando matrimonio, per deductionem in templum & copulam, conſummato, reperitur devirginata. In qua facti ſpecie, diſtingui poteſt, an maritus id ſciens, eam duxerit, aut poſtquam ſtupri compertam habuit, nihilominus cum ea conſuevit: an verò protinus, cum experiretur, abſtinuit ab ea, & petijt, ut matrimonium ſolveretur.

Priore caſu, ſi rectè ſentio, matrimonium, non eſt dirimendum. Quoniam tum locum habet regula juris: Quod quis ex ſua culpa damnũ ſentit, ne ſentire quidem videtur. *l. Quod quis.* 203. *de R. J. c. damnum* 86, *De R. J. in* 6. Item alia: Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt. *c. Quod ſemel* 21. *De R. J. in* 6. Serò namque mores mulieris accuſat, quos uxorem ducendo probavit. *d. l.* 13. *§. fin. ff. ad L. Jul. de adult.* At verò, ſi poſtquam comperit, abſtineat, & ad diſſolvendum agat, maritus: neque ſuſpicionibus quibusdam aut conjecturis, ſed manifeſtis & evidentibus teſtimonijs probare poſſit, uxorem ab alio compreſſam antea fuiſſe, putarem equidem, reconciliationem omnibus modis tentandam, & præcipiendum mulieri, à marito humiliter

ter & ſubmiſsè delicti ſui veniam petat; marito perſuadendum, ut det veniam, nævum diſſimulet, & uxorem apud ſe retineat. Quod ſi maritus perſuaderi nequit, nec eſt quicquam, quod ipſi imputari poſſit, exiſtimarem, nunc quidem rectius eruditus, matrimoniũ diſſolvi poſſe, per rationes ad eam ſententiam jam ſupra relatas.

† Neq; verò me tantoperè nunc movet, allegatus primo loco favor matrimonij, & quod matrimonia non facilè debeant turbari. † Nam id de conjugijs juſtis & legitimis accipiendum eſt, quale non eſt hoc noſtrum. Deinde, ſi quæ conjunctio talis fuerit, attamen per commiſſum ſive ſtuprum, ſeu adulterium, rurſus ſeparatur. Nam quod DEUS ſanctè conjunxit, meretrix malitiosè ſeparat, & facit, ut conjunctio nõ amplius duret. *Can. Quos DEUS. cauſ. 33. q. 2. Reuſner. d. deciſ. 5. n. 94.* † *Object.* † *Reſp.*

† Non obſtat ſecunda ratio. † Negandum enim eſt, quod hoc ſit vitium qualitatis: ſed eſt potius error in ſubſtantia, vel certè, conditione. Talis nimirum error, qui ad ſubſtantiam pertinet, uti Cypræus, Reuſner, & alij docti viri loquuntur, † *Obj.* † *Reſp.*

 † Etſi

Digitized by Google

† *Obj.* † Etſi verò jus Canonicum in deciſionibus cauſarum ſpiritualium, quales ſunt de matrimonio, quatenus juri divino nõ adverſatur, retineri debeat. *Conſultat. Sax. part. 1 quæſtion. matrimon. lib. 2. q. 1. n. 5. Scheplitz ad conſuedin. Marchiac. part. 1. tit. 1. §. 22.* † *Reſp.* † Attamen hoc brocardicum, multas patitur exceptiones, & non procedit in paleis; & ijs, quæ ſunt Gratiani, de quibus alio loco.

† *Obj.* † Nihil etiam ad rem facit ſimilitudo de vinea & agro, quam Gratianus adfert *in d. c. un.* † *Reſp.* † Nam facilè reſponderi poteſt; quod nullum ſimile ſit idem. *c. In cauſis De re judicat. c. 2. De tranſlat. Epiſc.* Et quod argumentum à ſimili plerumque claudicet, nec ſint duo ita ſimilia, quin habeant aliqua diſſimilia. *Sichard. ad l. 1. C. commun. utriusq; jud. per l. fin. & ibi gl. C. de inoff. donation.* Omnium namque locorum, è quibus argumenta ducuntur, nulli ferè minus eſt virium, contra renitentem, quàm huic, ait Agricola *de Invention. ∫. 1. c. 25.* Argumentum à ſimili non tantum infirmum; verùm etiam periculoſum, nullumq; quod facilius difflari poſſit, inquit Andr. Knich. *de jur. territor. c. 1 n. 143. Videatur lib. 2. Obſerv. noſtrar. c. 28.*

† Neq;

Digitized by Google

† Neq; verò contrariam opinionem tantopere juvat, quod emtio corruptæ mulieris pro virgine, valeat, *d. l. Alioquin. 11. De con rab. emt. cum ſimilibus textibus.* † Obj.

† Reſponderi tamq; poteſt ex eodem Ulpiano: Si venditor, inquit, ſciens emtorem errare, paſſus eſt, licet redhibitio quidem ex hac cauſa non ſit: veruntamen ex emto competit actio, ad reſolvendam emtionem, ut pro pretio reſtituto, mulier reddatur. *l. ex emto. 11. §. ſi quis virginem 5. de action emt.* † Reſp.

Deinde, loquuntur allegati textus de contractu emtionis & venditionis. Nos verſamur in materia nuptiarum, quę ſunt viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem continens; & in qua continetur conſortium vitæ, & communicatio, omnis divini & humani juris. *l. 1. De rit. nup. §. 1. Inſt. de patr. poteſt.*

Tertiò, loquuntur textus illi, de emtione virginis, atque adeò de ſervili corpore, quod æſtimationem recipit, & vendi poteſt. Nos verò loquimur de liberis hominibus, ubi contraria regula eſt, quæ dicit: In corpore libero nulla corporis æſtimatio fieri poteſt, *l. 1. §. Sed cum.*

Digitized by Google

5 ff. de his qui effud. vel dejecer. l. Ex hac. 3 ff. ſi quadrup. pauper. fecis. dic. cum ſimilibus. Et ſanè, quoniam hoc caſu damnum nec æſtimari, nec ullo modo reſarciri poteſt, æquum eſt, ut contractus is irritus pronuncietur; & ea, quæ in tanto dolo deprehenditur, graviſſimè puniatur, ne delicta maneant impunita. & per id ipſum via maleficijs aperiatur. *l. ita vulneratus. 51. §. 2. circ. fin. ff. ad l. Aquil. l. 14. C. de pœn. l. 3. l. 13. de offic. Præſid. l. ſi à reo. 70. §. fin. de pœn. cum ſimilib. l. 1. § ſed etſi quis. de Carbon Edict. l. Ordinata. 24. de liberal. cauſ. l. cum hi. 8. § Cum is. de transact.*

† *Obj.* † Non obſtat tertia ratio. † *Reſp.* Quamvis enim cauſa matrimonialis, & jurisjurandi, nec non aliæ quædam, in quibusdam conveniant, non tamen in omnibus idem earum jus eſt. Cur enim matrimonium hoc caſu dirimi debeat, aut certè poſſit, rationes ſatis prægnantes, & arduæ ſuperius allegatæ fuerunt, quæ omnes in jurejurando, reliquisq; negotijs, ceſſant. Unde locum ſibi non immeritò vindicat iſta trita regula: Ceſſante causâ, ceſſat effectus: ceſſante rationis identitate, ceſſat eadem lex, & diſpoſitio. *l. ſi pater. C. de hered. inſtituend. c. Etſi CHRISTUS 26.*

circ.

Digitized by Google

cirt. fin. De jurejur. c. cum ceſſante. De appellat. & ſimil. De quibus Tiraq. in regul. Ceſſante cauſa. &c. per totum. Eberhard. in Topic. c. 8. & nos lib. 2. Obſervat. c. 8.

† Nec urget dictum; Quos Deus conjunxit &c. † Nam id de juſta & legitima conjunctione accipiendum eſt. Hic autem talis non reperitur, ſed ſi quæ fuit, per ſtuprum, aut adulterium, contaminata, non immeritò ſeparatur. *d. Can. Quos DEUS. Reuſner. d. deciſion. 5. n. 94.* † ***Obj.*** † ***Reſp.***

† Non obſtat quarta ratio, à natura correlativorum deſumta. † Negatur enim, quod ſponſus & ſponſa, vel maritus & uxor, in hoc caſu ſint correlata; quoniam inter ipſos ratio diverſitatis dari poteſt. Maritus namq; non inquinat proprium torum; nec uxori metuendi ſunt liberi; quos ipſa, ſuppoſititios, marito ſuo in alienam hereditatem infert. Deinde, impudicitia fœdior eſt in fœmina, quàm in marito, neque tàm facilè de viro, quàm de fœmina, tale quid probari poteſt. † ***Obj.*** † ***Reſp.***

† Non obſtat quinta ratio. *l. Qui cum alio. ff. de Reg. Jur.* † Nam qualitates, & quantitates, non incurrunt in ſenſus, neque ſunt res, quæ manibus haberi, vel † ***Obj.*** † ***Reſp.***

oculis cerni poſſunt. Nec enim character ille naturalis ineſt hominibus; ut ſtatim appareant boni vel mali, ſed multis involucris ſimulationum, & quaſi velis quibusdam, obtenditur unius cujusq;, natura, mens, frons, oculi, vultus, &c.

Obj. Ad ſextam rationem reſponderi poteſt.

Reſp. Primum, per inſtantiam. Quod in ſpirituali quoque fornicatione ſeparatio concedatur, quotiens abſq; fidei, & conſcientiæ periculo, conjuges una vivere nequeunt. *c. 2. c. de illa. c. Quanto. cum ſeq. De divort. c. fin. & tot. tit. de converſat. conjugator.*

Deinde, quod fornicatio corporalis, ſpiritualem fornicationem animi, præſupponat. Nam ſecundum Iſidorum, non poteſt quis in corpore mœchari, niſi prius in corde mœchetur. *Can. non poteſt. cum ſeq. Can. Pudicitia. cauſ. 32. q. 5. l. Ne quis Chriſtianam. 5. de Judæ. & cœlicol.*

†. *Obj.* † Non obſtat ſeptima ratio *ex l. Barbarius. 3. de offic. Prætor. deſumta.* † Nam reſponderi debet cum Accurſio: Quod Bene Gestum Est, nullo modo debet retractari. Aſt hic non benè, ſed malè geſtum eſt. Ergo debet retractari, argumento à contrario ſenſu.

† *Reſp.*

†Nihil

† Nihil officit octava ratio, *ex l. ſi uxor. 13. §. fin. ff. ad L. Jul. de adult.* † Nam loquitur de eo, qui ſciens & volens, aliquam ab alio antea ſtupratam, nihilominus eam uxorem ducit, ubi locum habet regula: Quod ſemel probatum eſt, amplius reprobari non poteſt. *Can. In iſtis. diſtinct. 4. Can. dilectiſſimi. cauſ. 8. q. 2.* † Obj. † Reſp.

† Non obſtat nona & decima ratio. † Quia non ſunt Leges, ſed ſuaſiones. Et non ſunt præcepti, ſed conſilij tales Canones, abſq; neceſſitate parendi. *l. Is qui deſtinavit. 24. ff. de. R. V. c. conſilij. De R. J. c. Nullus. eod. tit. lib. 6.* Et contra Canones iſtos, admonitiones ſalubriores extant, apud Salomonem & Syracidem. Et Chryſoſtomus inquit; quod fatuus & injuſtus ſit, qui retinet meretricem. † Obj. † Reſp.

† Non obſtat ultima ratio. † Nam loquitur de legatis & fideicommiſſis: itemque de falſa demonſtratione, & cauſa. Nos verò verſamur in matrimonialibus, & in errore tali, qui pudicitiam & integritatem ſponſæ, vel uxoris, concernit. Sunt igitur pleræq; rationes, concluſiones à diverſis ſubjectis, & à ſeparatis. Videatur Dn. D. Balthaſar Menzer. Prof. Gieſenſ. † Obj. † Reſp.

inſignis, qui rem iſtam, paulò quidem aliter, ſed eleganter tamen, & ad mentem noſtrã, tractat, & præſertim apud ipſum epiſtola relata Melanthonis ad Pfeffingerum. pag (mihi) *92.* & ſeqq.

Hactenus de conſenſu eorum, qui coeunt, & qualis is eſſe debeat. Nunc porrò videamus de conſenſu, quorum ſunt in poteſtate. Juſtas namque nuptias cives Romani contrahunt, ſive patresfamiliarum ſint, ſive filijfamilias: dum tamen, ſi filijfamiliarum ſunt, conſenſum habeant parentum, in quorum ſunt poteſtate. *pr. Inſtit. h. t.* Ubi particula DUM TAMEN inducit conditionem, *per l. ſi quis ita legaverit. de condit. & demonſt. l. Qui concubinam. §. uxori. de legat. 3. l. 2. De in jus vocand. l. Thais. §. Stichum. de fideicommiſſ. libert. Leand. Galganett. in tract. de condit. & demonſtr. part. 1. c. 89. n. 20. & 22.* quæ in forma ſpecifica impleri, & ex neceſſitate, exiſtere debet: quod propriũ eſt conditionis. *l. filio familias. l. qui heredi. §. fin l. Mævius. De condit. & demonſtr. Galganet. d. part. 1. c. 88. n. 6. & ſeqq.* Nam hoc fieri debere & *Civilis* & *Naturalis* ratio ſuadet. *d. pr. Inſt. de nupt.*

Requiritur igitur conſenſus paternus de

deomni, divino, & humano jure. Quod etſi negent Bellarmin. Anton. Contius & Guibert. Coſtanus: veriſſimum tamen eſt: & de divino jure probari poteſt. *Geneſ. 2. Geneſ. 21. Geneſ. 24. Geneſ. 28.* Et de Rachel conſentit Laban. *Gen. 29.* Sic Judas dedit primogenito ſuo Her, uxorem Thamar. *Geneſ. 38. Exod. 20. & 34. v. 16. Deut. 7. Judic. 4. v. 2. & 3. Judic. 21. v. 22. 2 Reg. 13. Jere. 29. v. 6. Tobiæ 6. v 17. & ſeqq. Proverb. 1. v. 7. & 8. cum ſimilib. Hunnius in c. 2. Geneſ. Beza de divort. & repud. pag. 145. & ſeqq. Benſt. c. 42. Cypræ. de ſponſal. c. 6. §. 6. n. 1. Gothofred. ad l. 35. de rit. nupt. Gentil. lib. 4. de nupt. c. 8. & præcipuè beatus Lutherus ad c. 24. Geneſeos, lit. B. Autores Syntagmatis ſive Corporis doctrinæ in loc. de conjugio. ſub Rubr. de conſenſu parentum & cognatorum. pag. mihi 1560.* *De jure divino.*

† Reperiuntur tamen exempla; ubi contra voluntatem parentum quidam uxores duxerunt. Sic enim Eſau, duxit duas uxores, Judith, filiam Berei, & Baſemath, filiam Edom, quæ ambæ offenderunt animam Iſaac, & Rebeccæ. *Geneſ. 26.* Idem Eſau, præter eas, quas prius habebat, duxit Mahalath, filiam Iſmael, de genere Canaan, cõtra mandatum Iſaac; quod † *Obj.*

fratri Jacobo dederat. † Sed illa exempla ſunt irregularia, & exorbitantia neque laudanda, nec imitanda. Nam propterea procul dubio, Eſau Domino odio habitus fuit, dum Jacob illi præfertur in primogenitura, nec ad ipſum promiſſio terræ Canaan pertinebat. Sicut etiam Meſſias non ex Eſavi, ſed ex Jacobi progenie natus eſt. Ideo dixit Dominus: nonne frater erat Eſau Jacob, & dilexi Jacob, Eſau autem odio habui, & poſui montes ejus in ſolitudine, & hereditatem ejus, in dracones deſerti. *Malach. 1. v. 1. Rom. 9. v. 13.* Plura exempla videantur apud Cothman. *conſ. 1. n. 40. & multis ſeqq.*

† *Reſp.*

Quod autem parentes, non juſſerunt dimittere ductas, ideò fortaſſis factum, ne filium in triſticiam conjicerent; ſecundum opininem *Gentilis lib. 4. de nupt. c. 8.* aut, quod immorigerum ipſum fore ſcirent, & ita juſto Dei judicio committerent. Quanquam etiam firmiter concludi non poſſit: Parentes non juſſerunt ipſum, ut dimitteret uxores. Ergò jubere non potuerunt. *Tiber. Decian. volum. 1. conſil. 7. & volum. 2. conſil. 1.*

Quod de Tobia Bellarminus adfert, reſpon-

reſpondere noſtri ſolent quod is ab Angelo Dei, quem Clemens Alexandrinus Raphaelem fuiſſe ſtatuit *in ſtromat. 2.* doctus, & ductus fuerit. Juſſit enim Angelus, Tobiam petere nuptias Saræ, à parentibus ejus, *cap. 6.* Quod cum faceret, & Raguel conſentiret, eam ipſi deſpondet, & nuptias parat. *c. 7. & 8.*

Deinde dicunt noſtri, quod Tobias crediderit, patri ſuo nuptias iſtas non diſplicituras; & ita conſenſum habuerit præſumtum; qui poſtea revera fuerit inſecutus, *arg. l. 49. De pecul l. 11. De rit. nupt. Ariſtot. lib. 3. Ethicor.* Quod autem Tobias, ad credulitatem inductus fuerit, paternum conſenſum ſecuturum fore, allegant ſermonem illum, quem pater cum ipſo, de ducenda uxore habuit, in Græco *cap. 4.* Hæc de jure divino.

Requiritur etiam conſenſus paternus de jure Naturali. *d. pr. Inſtit. de nupt.* ibi: Naturalis Ratio Suadet. *Euripid. in Andromach. & alij, quos referunt Cujac. lib. 3. Obſerv. 5. Gothofr. ad d. l. 25. de rit. nupt.* *De jure naturali.*

† Nec obeſt huic aſſertioni, quod filius emancipatus, abſque conſenſu patris, uxorem ducere poſſit, *d. l. 25. De rit. nupt.* † *Obj.*

† Que-

† *Reſp.* † Quoniam enim pater emancipavit, ideò videtur emancipatus, contrahere voluntate patris. *l. 3. §. 5. de bonor. poſſeſſ. contr. tabb. Gothofr. in not. ad l. 25. De rit. nupt.*

† *Obj.* † Obijciunt ulterius, quod matris conſenſus non requiratur, *l. 20. C. de nupt.* Cum tamen idem honos ex æquo parentibus debeatur, *l. 4. de Curator. furios.*

† *Reſp.* † Nam ideò hoc fit, quoniam ſexus muliebris eſt imbecillior. *1. Petr. 3. 1. Corinth. 11. Can. Hæc imago. Can. Mulier. cauſ. 33. q. 5. Plato lib. 5. de Republ. Ariſtotel. lib. 1. politicor. c. 3. & lib. 4. de generation. animal. c. 6. Plin. lib. 11. natural. hiſtor. c. 49. Cicer. in orat. pro Muræn. Plutarch. in problematib. c. 116. Quintilian. declamat. 38. Ulpian. in fragment. tit. 11. l. Regula. 9. ibi: propter ſexus infirmitatem. De jur. & fact. ignorant. l. ſi mulier. C. ad SCm. Vellejan. l. ſi pater. C. de ſponſal. Nov. 97. c. 3. ibi: infirmitatem namq; muliebris naturæ &c. cum ſimilib.* Deinde, liberi magis debent patri, quàm matri. Joh. Jovian. Pontan. *lib. 2. de obedient. c. 2.* Tertiò, fœminæ ſunt in poteſtate mariti. Philo Judæus, *lib. 2. allegoriar. de Adamo. l. Alia ff. ſolut. matrim.*

Inferior matrona ſuo ſit Priſce marito.

Martial.

Digitized by Google

Martial. lib. 8. Epigrammat. Hotom. ad tit. ſupr. De his qui ſui vel alien. jur. Et in obſervat. ad veterem. rit. nupt. c. 23. & ſeq.

Requiritur in nuptijs, *conſenſus parentum*, etiam de jure civili. *d. pr. Inſtit. h. t. l. 2. l. 35. de rit. nupt. l. 12. l. 14. & l. 20. C. de nupt. l. fin. cum Auth ſeq C. de repud. l. un. §. Oportet. C. de rapt. virgin. Nov. 22. c. 19.* Agnaſceretur enim aliàs, invito patri ſuus heres. *§. Et hanc. infr. de adopt. l. 6. ff. de adoption.* Ubi Avus adoptare nequit, niſi filius conſentiat; ea de cauſa, ne ipſi invito ſuus heres agnaſcatur. Valet autem argumentum, ab adoptione ad generationem naturalem, *l. filio. De liber. & poſth.* Deinde filius, quando ſine conſenſu patris, uxorem ducere, & è patria poteſtate, hoc ipſo ſeſe ſubducere conatur, ſui ipſius furtum facit, *l. 1. C. de ſerv. fugitiv.* Deniq; infamiæ notam de Jure Civili incurrit, qui filiam ſine juſſu patris, in cujus poteſtate eſt, uxorem ducit. *l. 12. de his, qui not. infam.* De Jure Civili.

Et hæc, in liberorum nuptijs, uſque adeò vera ſunt, ut abſens parens etiam per triennium expectari debeat, ne patriæ poteſtatis jus lædatur. *l. ſi ita ff. de rit. nupt. Et ita docent Barnab. Briſſon. in tract.*

de

de jur. connubior. pag. mihi 68. Hotom. & Dd. communiter hîc. Borcholt in tract. de gradib. pag. 39. & ſeqq. Erneſt. Cothman. conſil. 1. n. 64. & ſeqq. usq; ad n. 141.

Obj. † Quamvis autem non deſint, qui ne jure civili quidem, conſenſum parentum neceſſarium eſſe, contendunt, *Anton. Guibert. Coſtan. lib. 2 quæſtion. juris civil. 12. & in tract. de ſponſal. & matrimon. n. 101. Johan. à Rebertier. lib. 2. diſputat. jur. propoſit. 5.*

Reſp. † Fundamenta tamen tanti ponderis non habent, ut nos ad ipſorum caſtra trahere poſſint. Nam hiſce circiter rationibus utuntur.

Obj. 1. 1. Definitio debet complecti, vim & ſubſtantiam rei, de qua agitur. *l. 1. §. 1 de dol.* Atqui verò definitio nuptiarum poſita *ſub §. 1. Inſtit. de patr. poteſt. & in l. 1. ff. de rit. nupt.* nullam paterni conſenſus mentionem facit. Ergo de ſubſtantia, paternus conſenſus non requiritur.

Reſp. Respond. 1. Ad propoſitionem. Definitio non poteſt omnia ſigillatim, & expreſſè, complecti: ſed ſufficit, ſi contineat genus & formam.

2. Ad aſſumtionem, eam negando. Etſi namq; paterni conſenſus explicitè non fiat mentio, fit tamen hoc implicitè, dum legitimam conjunctionem requirit: quæ

ſine

ſine conſenſu, legitima eſſe non poteſt.
3. Definiuntur in utroq; loco nuptiæ, non quatenus filijfamilias duntaxat eas contrahunt, ſed quatenus omnes. Ergò rectè ſic definitæ ſunt, nec aliter definiri potuerunt, quam quatenus de omnibus prædicari poſſunt.

Deinde objiciunt, quod matrimonia debeant libera eſſe *l.* 12, *l* 24. C. *de nupt. l.* 21. *ff. h. t.* Si verò patris conſenſus expectandus eſſet, matrimonium liberum non erit. *l. Ejus eſt velle.* 3. *de R. J.* *Obj.* 2.

Reſpond. 1. Ad propoſitionem. Matrimonia debent eſſe libera, hoc eſt, nō ſunt pœnis adſtringenda. *l. Titia. de V. O.* Committitur ergo fallacia phraſeos. *Reſp.*
2. Nego ſubſumtionem. Nam qui cogente patre ducit uxorem, matrimonium maluiſſe cenſetur. *l. ſi patre.* 22. *De rit. nupt.*

Ad L. Velle. De R. J. Reſpondeo;
1. Quidem, iſtam regulam, non eſſe catholicam, ſed certis ſpeciebus accommodandam, prout ibidem notat. *Petr. Fabr.*
2. Filium quidem non velle, nec tamen & nolle, ſed malle; quæ diſtinguuntur in jure *d. l. ſi pater.* 22. *de rit. nupt. l.* 1. *de tribut. action. l. Ejus eſt velle.* 3. *de R. J. lib.* 2. *Obſervation. noſtr, c.* 17. *Cothman. d. conſil.* 1. *n.* 126. *& ſeq.*

III. In

Digitized by Google

Obj. 3. III. In ſpiritualibus, inquiunt, & publicis, filiusfamilias habetur pro patrefamilias, *l. filiusfamilias. ff. de his qui ſui vel alien. jur. c. fin. de judic. in 6.* Atqui verò nuptiæ ſunt publici juris; & pertinent ad ſpiritualia. Ergò habebitur pro patrefamilias, & per conſequens. &c.

Reſp. Reſp. 1. In publicis *muneribus*, filiusfamilias habetur pro patre; non in aliis, quæ juris publici ſunt. Nam Teſtamenti factio publici juris eſt, *l. 3. ff. de his qui teſt. fac. poſſ.* nec tamen filiusfamilias Teſtamentum facere poteſt.

2. Matrimonium comparatur quidem ſpiritualibus rebus; non tamen in omnibus; Et de natura ſua magis contractibus annumeratur.

3. Patria poteſtas in ſpiritualibus tum demum non attenditur, ſi pater impia, vel juri divino diſſentanea, præcipiat, quod non ſit in præſenti caſu.

Obj. 4. IV. Eccleſia & ſponſa, inquiunt, æquiparantur *c. ſicut 7. quæſt. 1.* Filius autem familiàs in Eccleſiam & cœnobium ſecedere ſine patris permiſſu poteſt, *l. DEO nobis. C. de Epiſcop. & Cler.* Ergo poterit etiam nuptias ſine conſenſu patris contrahere.

Reſpond.

Respondeo 1. Eſt argumentum à ſeparatis. Nam non ſubeſt utrobique par cauſa. Electio monaſtica profeſſionis, præſumitur juſta, matrimonium inconſultum. *Reſp.*

2. Deinde, per ingreſſum in monaſterium, non acquiritur invito patri ſuus heres. Per nuptias autem, & matrimonium, ſui heredes acquiruntur.

V. Objiciunt, quod benè concordantia matrimonia, jure patriæ poteſtatis turbari non debeant. *l. 1. De liber. exhibend.* *Obj. 5.*

Respond. 1. Non præſumi benè concordans matrimonium, quod citra parentis conſenſum initum fuit; quippe quod non ſit juſtum. *Reſp.*

2. Quod Ulpianus, in allegato loco, loquatur de contracto matrimonio, non de contrahendo.

3. Quod loquatur de patre, qui, cum initiò matrimonio conſenſiſſet, poſtea propter nullam ſufficientem cauſam, benè concordans matrimonium, diſſolvere conabatur, acerbè patriam poteſtatem exercens. *l. 5. C. de repud.*

Alia ſunt leviuſcula, jam dudum profligata per Borcholtum *in tract. de gradib. pag. 44. & ſeqq. Cothmannum d. conſil. 1. n.*

100. & ſeqq. Gentil. lib. 4. cap. 2. ubi juris civilis iſtam deciſionem extendit, ut in *Ampl.* milite quoq; locũ ſortiatur. Nam nec is, ſine patris juſſu, nuptias firmiter, & formiter cõtrahere poteſt, *l. 35. de rit. nupt.* Qua tamen in re Weſemb. diſſentire videtur.

De jure Canonico. Requiritur conſenſus paternus etiam de *jure Canonico*. Damnant enim Canones clandeſtina ſpõſalia, *Can. Quod autem cauſ. 30. quæſt. 5.* Clandeſtina verò ſponſalia, ea quoque ſunt, quæ ſine conſenſu parentum ineuntur. *B. Luther. in Libell. ſuo de Conjugio. Tom. 6. Witeberg. vers.* Auff das aber etc. *Beza in tract. de repud. Petr. Martyr. in Locis communib. loc. 10. Schneidvv. ad ad tit. Inſt. de nupt. part. 1. n. 21. Menoch. conſ. 199. n. 20. & alij, quos magno numero refert* „ *& ſequitur Cothman. d. conſil. 11. n. 144.*

„ Deinde, præclarè reſcripſit Evariſticus „ Papa, aliter non eſſe legitimum conjugium, niſi uxor petatur ab ijs, qui dominationem in ipſam habent *c. Aliter. c. Noſtrates. c. Qualis. cauſ. 30. quæſt. 5.* Ad quam rem etiam appoſitè D. Ambroſius: Honorantur, inquit, parentes Rebeccæ muneribus, non conſulitur puella de ſponſalibus; illa enim judicium expectat parentum, neq; virginalis pudoris eſt, eligere maritum. *c. Honorantur. & c. Non omnis. &*

c. fin.

c. fin. cauſ. 32. q. 2. Can. Tria. 26. q. 2. c. 1. Extr. de deſponſat. imp.

Et hanc ſententiam defendunt inter recentiores, *Borcholt. in tractat. de gradib. pag. 40. & ſeqq. Donell. lib. 13. comment. c. 20. & ibidem Hilligerus. Bronchorſt. centur. 2. aſſert. 15. Coraſ. lib. 1. miſcellan. c. 17. & ad l. 11. de ſtat hom. Heig. ad princip. h. t n. 17. & multis ſeqq. Cothman. d. cons 1. n. 141. & ſeqq. uſq; ad 174.*

Etſi verò non deſint doctiſſimi quiq; viri, qui contrariam opinionem propugnent, inter reformatos etiam; *Weſembec. hîc. & in Tit. de rit. nupt. n. 3. Mynſ. hîc Duar. ad Tit. Solut. matrim. c. 2. q. 2. Gail. lib. 2. Obſerv. 93. & 99. Alex. Carerius lib. 4. de ſponſal. c. 10. & alij Dd. communiter.* Opin.
Verùm enimverò, ſi verũ fateri velimus, ipſorum argumenta ſunt arenoſa. Refut.

Nec enim tantoperè confirmat ipſorum opinionem. *c. ſufficiat. 27. quaſtion. 2.* Obj.

Reſp. 1. Committi fallaciam à dicto ſecundùm quid, ad dictũ ſimpliciter. Quod enim ait, ſolum conſenſum contrahentiũ ſufficere, iſtis verbis non parentum cõſenſum, ſed ſolùm copulam carnalem, ſive cõcubitum, excludit, *l. 30. De R. J. c. Noſtrates. cauſ. 30. q. 5. c. Non omnis. c. Hóc Sanctum, cauſ. 32. q. 2.* Reſp.

Deinde refert ſe Pontifex ad Leges, ibi: SECUNDUM LEGES. Atqui verò ſecundum Leges, id eſt, jus civile, conſenſus parentum requiritur; ut modò dicebamus.

3. Non eſt veroſimile, quod Papa Nicolaus ab antiquioribus Canonibus, juri divino conformibus, receſſerit. *arg. l. In ambigua. De Legib.*

4. Quoniam is ipſe Nicolaus Pontifex, alibi, conſenſum parentum, & quidem ex eodem loco, *nempe, cap. 3. ad conſultationem Bulgarorum*, requirit. *c. Noſtrates. cauſ. 30. q. 5. Cujac. in Rubr. de ſponſal. Gentil. d. cap. 4.*

Obj. Non obſtat. *c. cum cauſa. Extr. de raptoribus*. Nam reſponderi poteſt.

Reſp. 1. Quod loquatur de ijs parentibus, qui liberos in poteſtate non habent.

2. Quod ibi copula carnalis intervenerit, per locum expreſſum *Pauli lib. 2. Sententiar. titul. 19.*

3. Reſponderi poteſt, cum Duareno, quod capitulum iſtud nō ſit ſatis æquum, & juſtum, & cum Oldendorpio, quod ſit impium.

4. Cum Gentile *lib. 4. de nupt. c. 4.* quod non loquatur de matrimonij firmitate, vel ju-

vel juſtitia, ſed de raptu, qui nunquam eſt ſine dolo. *Papinian. in fragment. tit. 10.*

Non obſtat. *c. cum locum. Extr. de ſponſal.* *Obj.*

Reſp. 1. Nam libera matrimonia ſunt nihilominus, etiamſi parentum conſenſus requiratur. *Reſp.*

Deinde, Jus Canonicum loquitur de libertate, quæ ſit abſque metu, vi, & pœna. *Gentil. d. c. 4.*

Non obſtat *c. Cum apud. De ſponſalib.* *Obj.*

Nam in eo conſenſus dotalibus inſtrumentis, pompæ, & alijs ſolennibus opponitur. Videatur omninò Gentilis. *lib. 4. de nupt. c. 4. & ſeqq.* *Reſp.*

Tandem, requiritur conſenſus parentum, de jure quoq; Saxonico. Præſertim in his noſtris terris, vigore Der Kirchen Ordnung *Cap. 7.* Ubi diſponitur. Es ſollen ſich keine Kinder Söhne oder Töchter/weß Alters die ſind/ohne vorwiſſen/ vnd einwilligung jhrer Eltern/ alsdeß Vatern/der Mutter/ vnd da die nicht verhanden/ des Großvaters/ vnd der Großmutter/verloben. Vnd wenn gleich ſolches geſchehe/ſoll ein ſolch verlöbnüß/ vngeacht/ ob daſſelbe in ande- *De jure Saxonico.*

rer Leute/als gezeugen/ beyſein/geſchehen / für heimlich gehalten / vnd für vnbündig erkandt/vnd die Perſonen in vnſern Landen nicht getrawet werden. Vnd da ſie hierüber / vnd vber beſchehene Vermahnung vnd Vorwarnunge/ wider jhrer Eltern willen / ſtrack darauff verharren / vnnd ſolch Ehegelöbnüß zu volnziehen andere gelegenheit ſuchen würden / Sollen die Eltern jnen mit etwas zur außſtattung behülflich zu ſein/nicht verpflichtet / ſondern vielmehr befugt/ vnd jnen hiemit nachgelaſſen ſein / ſolche vngehorſame Kinder biß auff den halben theil jhrer gebürenden *Legitimæ*, vnd nach gelegenheit der Vrſachen jhres vorweigerten *Conſens*, gentzlich zuenterben.

Es ſollen auch die Perſonen/ ſo zu ſolchen heimlichen Vorlöbnüſſen der Kinder/ohne vorwiſſen der Eltern/ vorſchub gethan / auff anregen der Eltern/ würcklich geſtrafft werden.

Wür-

Würden auch ſolche Perſonen heimlichen zuſammen kriechen / vnd Fleiſchliche Vnzucht treiben / ſo mögen die Eltern dieſelben gentzlich enterben / vnnd ſollen ſonſten mit zeitlichem Gefängnüß geſtrafft / auch in vnſern Landen ſich weſentlich zu halten / nicht geduldet werden. etc.

Porrò, licet juſſus patris expreſſus requiratur in nuptijs, non tamen propterea tacitus conſenſus excluditur. *arg. l. Qui tacet. De R. J. c. Qui tacet. De R. J. in 6. & ibi Philipp. Decius & Philipp. Francus. Donell d. lib. 13. comm. c. 20. & lib. 20. comm. c. 7. Menoch. lib. 6. præſumt. 99.* Nam tacitum conſenſum, interpretamur hoc caſu, juſſum. *Alber. Gentil. lib. 4. de nupt. c. 3.* Etenim, ubi Lex conſenſum ſimplicem requirit, ibi tacitus etiam ſufficit, per nutum, aut alias conjecturas, expreſſus. Ex ſequentibus enim, & lapſu decennij, Juſſus præceſſiſſe præſumitur. *l. 1. ff. Quod juſſu. Decian. lib. 2. conſil. 92.* Sufficit enim, ut pater ſe non opponat. *Gentil. d. c. 3. circ. fin.*

Sed & paria videntur, actum ab initio explicari, cum ejus, cujus aſſenſus requiritur, voluntate, vel abſq; ea, modò certi ſimus, aut veroſimiliter credamus, eam adfuturam, ut *ex Romani conſil.* 340. notat Gentil. *d. lib.* 4. *de nupt. c.* 8.

Diſputant autem circa materiam præſentem vulgò Dd. An ratihabitio locum habeat in nuptijs?

Quæſt.

1. Opinio Affirm. Affirmativam propugnant. *Schneidevv. Weſemb. & alij quidam ad pr. Inſtit. de nupt. Gilbert. Coſtan. de matrimon. c. 4. n. 111. & ſeqq. Broncborſt. centur. 3. aſſert. 4. Marc. Liclam. lib. 7. membranar. Eclog.* 18.

2. Opin. Negat. Negativam tuentur. *Hotom. illuſtr. quæſt. 9. & idem ipſe ac Heig. & Borcholt. ad noſtrum tit. Cujac. lib. 3. Obſerv. 5. Anton. Contius lib. 1. diſputat. 7. Conan. lib. 8. comment. C 4. Gentil. lib. 4. de nupt. c. 3.*

Author approb. *1. Ratio.* Quæ ſententia ſine dubio verior eſt. Ratihabitio namq; retrotrahitur, ut poſterior actus firmus, anteriorem infirmũ ſtabilitate ſua confirmet, *l. fin. C. ad SC. Maced. l. donationes quas C. de donat. inter vir. & uxor. Hotom. lib. 7. Obſerv. 2.* Atqui verò conſenſus patris in nuptijs ſequens, non retrotrahitur, neque medio tempore ſu-

re ſu-

re ſuſceptos liberos, juſtos facit; ſed ex die præſtiti conſenſus nuptiæ juſtæ fiunt, *l. 13. §. ſi quis. 6. Ad L. Jul. de adult. l. 68. de jur. dot. l. 6. C. de nupt. l. 11. de ſtat. hom. Ergo. &c.*

Deinde, per expreſſum textũ *in pr. Inſtit. h. t. ibi,* in tantũ, ut juſſus parentis præcedere debeat. Quibus verbis ordo notatur. Ubi autem ordo, ibi ratihabitio non habet locum. *2. Ratio.*

Tertiò, quoniam in alijs etiam, in quibus ad integrandam tertij contrahentis perſonam, conſenſus pro forma juris requiritur, ratihabitio non ſufficit. *l. 25. §. 4. De acq. hered. Moz in tract. de contractib. in cap. de ſtipulatione. Tit. de conſens. n. 16. & ſeq.* *3. Ratio.*

Quartò, quoniam hic juſſus, & conſenſus paternus, non interponitur ad geſta confirmanda, aut infirmitatem conſilij juvandam, vel ad ſolennitatem majorem: ſed potius, ad tribuendam totius rei gerendæ poteſtatem. *Gentil. lib. 4. c. 3.* *4. Ratio.*

Neque juvat diſſentientes, *l. ſi ut proponis 5. C. de nupt.* in qua Imp. Alexander, Maximæ reſcripſit in hæc verba: ſi pater quondam mariti tui, in cujus fuit pote- *Obj.*

ſtate, cognitis nuptijs veſtris non contradixit, vereri non debes, ne nepotem ſuum non agnoſcat.

Reſp. Reſp. 1. Nam ex illo textu præciſè non poteſt inferri, quod pater poſt natum nepotem demum conſenſerit.

2. Deinde, alia eſt quæſtio de nuptijs legitimis; alia de filijs legitimis.

3. Demq; non dicitur ibi, quod ab initio juſtæ fuerint nuptiæ, & ne verbum quidem unum de ratihabitione.

Obj. Non etiam ipſorum opinionem ſtabilit. *l. 12. C. de nupt.* quam inducunt in iſtis finalibus verbis. In contrahendis nuptijs patris tui conſenſus accedat.

Reſp. Reſpondeo, *1.* Loquitur enim ille textus, non de contractis nuptijs, ſed de contrahendis; & dicit, quod accedere debeat conſenſus, id eſt, intervenire, ſcilicet ab initio contractus, tempore per leges præſcripto.

2. Quod autem dicitur accedere conſenſus, non fit ratione ſequentis temporis, ſed ratione conſenſus eorum, qui contrahunt, qui primarius eſt, & antecedere debet, cui poſt paternus accedit. *d. l. 12. in pr. l. 20. C. eod.* Nihil

Digitized by Google

Nihil etiam facit, quod liberi ex concubinatu ſuſcepti, per ſubſequens matrimonium legitimantur. §. *fin. Inſtit. h. t.* **Obj.**

Reſp. Nam hoc ideo fit, quoniam concubinatus de jure Civili permiſſus fuit. *tot. tit. De concubinat. l. un. C. de concubin. Nov. 12. 18. 47. & 117. cap. 2. Forſter. lib. 2. de ſucceſſion. c. 3.* **Reſp.**

Nec obſtat. *l. dotis 68. de jur. dot.* ibi, ſi poſtea conſenſerit. Nam Papinianus hoc ſolùm dicit, quod dotis promiſſio valeat, ſi pater poſtea conſenſerit, ſcil. ut nuptiæ à tempore conſenſus valeant, non etiam in præteritum retrò trahantur. **Obj.** **Reſp.**

Nec obeſt, quod in alijs actibus ratihabitio confirmet ea, quæ ab initio deſiderabantur. *d. l. fin. C. ad SC. Maced. l. 25. de donat. inter vir. & uxor.* Itemq; quod hoc multò magis in matrimonijs recipi debeat, quorum tantus paſſim in jure favor, & ubi ſpecialis, ratio reddi non poteſt. **Obj.**

Nam reſpondeo. Hoc ideo receptum, quoniam arduum eſt negotium matrimoniale, quod totius vitæ conſortium concernit. *l. 1 de rit. nupt. §. 1. Inſtit. d. patr. poteſt.* & ne facilè quis ſubducatur è patria poteſtate. *Matth. 19. v. 5. Ephes. 5. 22.* **Reſp.**

Neq;

Obj. Neque verò diſſentientibus concedi debet, quod iſte conſenſus, quem ratihabitio inducit, ſit juſſus nuptias præcedens: *Reſp.* nec id dicit Decius, *ad l. 60. n. 16. ff. ad L. Jul. de adult.*

Quæſt. Ulterius diſceptant Interpretes: An nuptiæ citra parentum cõſenſum initæ, reſcindi debeant, quando res non amplius eſt integra, puta, ſi copula carnalis fuerit inſecuta?

1. Opin. Affirmat. Prima opinio affirmativa, quam defendunt *Duaren. ad tit. ff. ſolut. matrim. c. 2. pag. mihi 246. colum. 2. vers. ut tamen liberè dicam. Donell. lib. 13. comment. c. 20. Oldendorp. claſſ. 4. action. 26. in defenſio. rei convent. vers. matrimonium. pag. mihi 709. Beza in tract. de divort. pag. mihi. 144. & ſeqq. Cothman. conſil. 1. n. 198. & ſeqq. Marquard. Freher. lib. 2. παρεργῶν c. 4. Gentil. lib. 4. de nupt. c. 7. & ſeqq. Hadrian. Pulva. in lib. de nupt. ſine parent. conſenſ. non ineund. pag. ſecundùm noſtram editionem 17.*

1. Ratio. 1. Ratio. Si à ſtupratore invito, filiam invitam, pater jure poteſtatis ſuæ, repetere poteſt; utique poterit etiam à proco, cum quo filia, inſcio parente, matrimonium

nium contraxit,& concubuit, eam ſibi aſſerere, & conjunctionem illegitimam dirimere. Atqui prius verum *Exod. 22. v. 17.* qui textus per ſe canonicus, canonizatus etiam eſt *in can. Tria. cauſ. 36. q. 2.* Ergo & poſterius. Ratio connexionis, quoniam divinæ atque humanæ Leges, conjunctionem liberorum, inſcijs parentibus factam, pro ſtupro habent. *Can. 1. cauſ. 30. quæſt. 5. Cothman. d. conſil. 1. n. 174. & ſeqq.*

Deinde, optimi Imperatores, Diocletianus & Maximianus expreſsè reſcribunt, quod patri, ex juſta & magna cauſa, matrimonium dirimere liceat, quantumvis ipſe pater ab initio conſenſerit,& concubitus ſit ſecutus. *l. 5. C. de repud.* Ergo multò magis matrimonium, cui pater non conſenſit, quantumvis concubitus accedat, jure reſcindi poterit. *2. Ratio.*

Tertiò, quoniam eâdem impietate, procus iſte filiâ, inſcij vel inviti patris, potiri, quâ ſibi eam conjugem adſciſcere poteſt. *3. Ratio.*

Quartò, quoniam eâ ratione, jura divina & humana eluderentur, nequitiæ feneſtra aperiretur, & efficeretur, ut delicta atque ſcelera maturentur, ut loquuntur *4. Ratio.*

Impp.

Impp. in l. Per omnes. C. de defenſoribus civit.

5. Ratio Quintò *in l. Paulus 11. de ſtat. hom.* Paul. reſpondit: eum, qui vivente patre & ignorante, de conjunctione filiæ conceptus eſt, licet poſt mortem Avi natus ſit, juſtum filium ei, ex quo natus eſt, non videri.

6. Ratio. Sextò, quod delictum unum alteri accedens, illud adjuvare non debeat, ne qui plus peccavit, mitius puniatur.

7. Ratio Septimò, quia quod ab initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis convaleſcere. *l. Quod initio. 29. De R. J.*

8. Ratio. Octavò, quod etſi concubuerint, nihilominus ratio prohibitionis duret, & deficiat conſenſus paternus, & quod flagitioſus concubitus facere nequeat, ut matrimonium omni jure illegitimum, & vitioſum, convaleſcat.

9. Ratio. Nonò, quia cauſa, quæ facit, ut ſint injuſtæ nuptiæ, ea perſeverat, neq; mutatur, ſed nova contumacia potius augetur.

10. Ratio. Decimò, quia neque conſenſus, neq; concubitus per ſe, nec utraq; juncta, nuptias efficiunt, niſi contrahentes coeant, ſecundum præcepta Legum. *d. pr. & §. pen. Inſtit. de nupt.*

Alte-

Altera opinio Negativa.

2. Opin. Negat.

Quod nuptiæ, citra parentum conſenſum initæ, poſt concubitum reſcindi non debeant. Cujus aſſeclæ ſunt, *B. Lutherus Tom. 6. Witteb. pag. 178. latere 1. v.* Auch wo es ſo ferne kompt *&c. Melanth. in Exam. in loc. De conjugio. David. Chytraus in cap. 18. Levit. Melch. Kling. de cauſ. matrimon. in vers. De conſens. parentum. Schneidw. part. 2. n. 36. Joach. Beuſt. c. 47. Weſemb. in parat. h. t. n. 8. Heig. ad pr. Inſtit. h. t. n. 78. & part. 1. q. 2. circ. fin. Cujac. ad. l. 12. De excuſat. Tutor. & lib. 3. Obſerv. 5. Revard. lib. 4. varior. c. 6. Hotom. in tract. de caſt. nupt part. 4. c. 3. pag. 200. & ſeqq. Alex. Carer. lib. 4. de ſponſal. c. 1. Gothofr. ad l. 25. De rit. nupt.*

1. Ratio, quoniam eo jure utimur, ne benè concordantia matrimonia jure patriæ poteſtatis turbentur, *l. 1. §. fin. de liber. exhibend.* *1. Ratio.*

2. Per textum in ſententijs Pauli, ubi verba ſic habent: eorum, qui in poteſtate patris ſunt, ſine voluntate ejus, matrimonia non contrahuntur, ſed contracta non ſolvuntur. *2. Ratio.*

Con.

Contéplatio enim publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur. *Paul. lib. 2. ſententiar. Tit. 19. §. 1. Auth. res quæ. C. Commun. de legat.*

3. Ratio. 3. Per textum *in c. Cum cauſa 6. Extr. De raptorib.* ibi: Licet parentes reclamarent. & ibi: Matrimonium carnis commixtione perfectum. &c.

4. Ratio. 4. Ne vitiatæ perſonæ fiat injuria, ſi pudicitiâ amiſſâ, virum etiam amitteret.

5. Ratio 5. Quia ſæpè, quæ fieri non debent, ſi tamen facta fuerint, non facilè reſcinduntur. *l. 1. §. 5. ff. Quand. appelland. ſit. l. 85. §. 1. De R. J. l. Patre furioſo. De his qui ſunt ſui vel alien. jur. Decius in l. In ambiguis §. Non eſt novum. De R. J. Paulus Montan. De Tutel. c. 9. n. 39. & ſeq.*

6. Ratio. 6. Quoniam hæc ſeparatio parentibus nihil eſt profutura: Etenim jus ipſis ſemel violatum, reſtituere nequit. Contemplatio verò publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur. *Paul. d. loc. & Plin. Cecil. lib. 7. Epiſt. 18.*

7. Ratio 7. Quoniam aliàs amoris intuitu, multa contra regulas juris, recepta ſunt, de quibus *Tiraq. in repetit. l. ſi unquam C. de revocand. donat. in præfat. Paul. Montan. de Tutel. c. 8. n. 4.*

8. Quo-

8. Quoniam & injuſtum matrimonium, eſt matrimonium ὁμονύμως, *arg. l. 221. De V. S. l. 2. Teſtam. quemadmod. aper.* Sicut Magiſtratus vitio creatus nihilo ſecius Magiſtratus eſt, juxta Varronem. *l. 1. de offic. Prætor.* Et ſervus à Prætore nefaſto die liberatus, liber eſt, ſed vitio liber. *8. Ratio.*

9. Quia tale conjugium ratum eſt, etſi non ſit legitimum. *c. fin. cauſ. 28. q. 1.* Et quamvis juſtæ nuptiæ non dicatur, quantum ad patrem aut avum; tamen quantum ad conjuges, videntur ex perſeverentia eorum nuptiæ convaleſcere. *l. ſi quis 28. l. Eos 65. ff. de rit. nupt. l. ſi contra. C. de nupt.* Rectius autem nos facturos arbitror, ſi noſtrorum Theologorum atque JCtorum veſtigiis inſiſtentes, ipſorum ſententiam retineamus, & ad diſſentientium argumẽta reſpondeamus. *9. Ratio*

† Neque verò tantoperè ſtringit argumentum à ſtupratore ſumptum. *†. Obj.*

† Eſt enim à ſeparatis. *l. fin. & ibi notat. De Calumniatoribus. l. Neq; natales. C. de probat. Eberhar in Topic. in loc. A ſeparat. 18.* Nam in ſtupratore præter commiſſum ſtuprum, & delictum, nihil attendi poteſt. In eo verò, qui ſibi puellam, ſine parentum conſenſu, conjugio ſtabili jungit, *† Reſp.*

 git,

git, amor conjugalis antecedit, & propoſitum cohabitandi. Concurrit igitur duplex vinculum, nempe concubitus, & propoſitum maritandi.

Fortius autẽ duo vincula ligant, quàm unũ. *l. penult. §. ſi verò C. De adopt. Auth. Itaq; C. commun. de ſucceſſ. l. ubi numerus. De teſtib. c. In omni. c. veniens. Extr. eod.* Equidem, qui puellam demulcet, & abſq; conſenſu paterno, ad ſe trahit, peccat, fateor; attamen gravius ille, qui ſtuprat, extra matrimonij fidem, aut formam. Facilius igitur eo caſu, pater de rigore patriæ poteſtatis remittere debet, quando procus filiæ ſuæ vult cohabitare: quod ſecus eſt in ſtupratore, qui præter injuriam illatam, nihil præſtat, & patri, vel puellæ, nonnunquam peſſima quæq; facit. Neganda eſt igitur ratio connexionis. Quamvis enim conjunctio liberorum, parentibus inſcijs, vel invitis facta, pro ſtupro habeatur, revera tamen ſtuprum non eſt, cum ad commixtionem corporum affectus maritalis accedat.

Inſt.

Reſp.

† *Obj.* † Non obſtat *l. 5. C. de repud.* † Nam in ea, regula punitur, quod pater matrimonium dirimere nequeat; cui ſubijcitur exceptio: niſi magna & juſta cauſa in,

† *Reſp.*

ſa in,

ſa interveniente; puta furoris, vel ſimilium, *l. 4. de divort. l. 22. §. 9. ff. ſolut. matrimon. Nov. 22. c. 19.* Defectus autem paterni conſenſus, non eſt magna & juſta cauſa, ad matrimonium, copulâ carnali conſummatum, dirimendum. Quamobrem ex illo textu non poteſt à minori ad majus argui, ſed nos invertimus, & dicimus, quod ſit potius argumentũ à diverſis.

† Non obſtat tertia ratio. † Quia negari debet. Facilius enim aliqua conſentit in matrimonium, quàm pudicitiam ſuam proſtituit, & proſternit. Deinde, loquitur de eo caſu, quando res adhuc eſt integra, & copula carnalis non intervenit. † *Obj.* † *Reſp.*

† Non obſtat quarta ratio. † Negari namq; debet, quod hac ratione nequitijs aperiatur feneſtra. Nam alijs modis delicta puniri poſſunt, etſi matrimonium benè concordans, non diſſolvatur, videlicet, quod injuſtæ ſint nuptiæ, injuſta uxor, injuſti liberi, nulla dos &c. *§. penult. Inſt. de nupt.* † *Obj.* † *Reſp.*

Deinde, Magiſtratus etiam ſuum officium facere, & ita delinquentes coercere poteſt pœnis pecuniarijs, vel aliâ ratione.

† Non obſtat *l. Paulus 11. de ſtat. hom.* † Quamvis n. injuſta ſit uxor, & injuſti liberi; non tamẽ inde ſequitur, quod matri- † *Obj.* † *Reſp.*

monium copulâ conſummatum, propterea diſſolvi poſſit, contemplatione ſcilicet publicæ utilitatis. *Paul. lib. 2. ſententiar. tit. 19. §. 2.* Deinde, quamvis tale matrimonium injuſtum ſit, & illegitimum; attamen ratum eſſe dicitur ſecundùm Auguſtinum *cauſ. 28. q. 1. Can. ult.*

† *Obj.* † Non obſtat Sexta ratio. † Nego namque, quod is Procus plus delinquat, quàm
† *Reſp.* ſtuprator: & nego quoque, quod per hoc pœnâ eximatur, per ea, quæ modò dicta.

† *Obj.* † Non obſtat *l. Quod initio. 29. De R. J.*
† *Reſp.* † *Præterquam* enim, quod illa regula Catoniana, olim controverteretur, teſte Theophilo *in. §. ſervi. Inſtit. de legat.* locum etiam ſibi in legatis potiſſimum vendicat. *tot. tit. de regul. Caton.* non in Teſtamentis, *l. 1. de reg. Catonian.* non in contractibus *l. 42. De uſucapion.*

† *Obj.* † Non obſtat Octava, & Nona ratio.
† *Reſp.* † Etſi namq; conſenſus patris deficiat; tamen quia copula carnalis intervenit, & res non amplius eſt integra, idcirco nævus ille, qui nuptijs talibus cohæret, obumbratur, & non attenditur, propter publicam utilitatem, ut Paulus loquitur. Et ne injuria perſonæ vitiatæ fiat. Neque verò rarum eſt in jure, quod ea, quæ fieri non

nō debent, ſi tamen facta fuerint, non facilè reſcindantur, *l. 1. §. 5. ff. Quand. appelland. ſit. l. 85. §. 1. De R. J.*

† Tandem, non obſtat, quod contrahentes ſecundùm præcepta legum, quæ conſenſum paternum requirunt, coire debeant. † Nam & nos dicimus, hoc fieri debere. Quid autem, ſi conſenſus non adſit, vel puella virginitatem ſuam amiſit? Hîc, quia factum infectum fieri nequit, æquius eſt, ut matrimonium non dirimatur. Facta namque multa tolerantur, quamvis prohibita ſint, ne fiant. *Can. Lugdunenſis. fin. cauſ. 10. quæſt. 2. Can. Quod quidem cauſ. 1. q. 1. Can. Biduum cauſ. 2. q. 6. cap. 1. Extr. de eo qui duxerit in matrim. c. Rurſus. Extr. Qui cler. vel vovent. matrim. contrah. poſ. c. Transmiſſæ. De eo qui cognov. conſanguin. &c.* Quod maximè procedit in prohibitionibus, contra matrimonium facientibus. Licet enim ibi caſus prohibiti cenſeantur, ne fiant, tamen ſi fiant, tenebunt. Eſt enim matrimonium res favorabilis. *c. 2. de matrim. contract. contra &c. Damaſius reg. 109.* — † *Obj.* † *Reſp.*

An autem pater dotare filiam, inſcio ſe, vel invito, nuptam, cogatur? Et, An pater hoc caſu filium poſſit exheredare? quæſtionis eſt. — *Quæſt.*

Digitized by Google

Quamvis autem, de jure veteri, uterq; punctus difficultate non careat, de jure tamen novo, negativam in utroq; veriorem eſſe, judicarem. *Auth. ſed ſi poſt & ibi Dd. C. de inoffic. Teſtam. Nov. 115. c. 3. Gail. lib. 2. obſerv. 95. Salicet. in l. ſicut proponis. 5. C. de nupt. Hotom. lib. 4. de caſt. nupt. c. 8. Gentil. lib. 4. de nupt. c. 9.*

Quaeſt. Diſceptant ampliùs. Quid, ſi Mater & Pater de elocanda filia diſſenſerint?

Quam quæſtionem eleganter tractat Cypræ. *de ſponſal. c. 6. n. 8.* Ubi latè quoq; tractat de conſenſu Tutorum, Curatorum, Propinquorum, §. 9. & 10. Item: ſi Tutor vel Curator conſentire nolit ſponſalibus, à pupillo vel minore contractis; an hoc caſu retractari poſſint? Quæ ſingula proſequi, nunc inſtituti noſtri non eſt.

Sufficiant hæc de conſenſu tàm eorum, qui coeunt, quàm eorum, in quorum ſunt poteſtate.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT IX.

DE FORMA NUPTIARUM.

FOrma nuptiarum duplex conſtitui ſolet: una interna, ſive eſſentiæ; altera externa, ſive exiſtentiæ:

Pro interna forma requiritur, ut ſit legitima conjunctio, & individuam vitæ conſuetudinem contineat. Poſito namq; contractu legitimè facto, de perpetua vitæ conſuetudine, ponũtur nuptiæ quoad eſſentiam, *§. 1. Inſtit. de patr. poteſt. pr. Inſtit. de nupt. l. 1. de rit. nupt.* Aſt legitima dicitur, ſi contrahentes, ſecundùm præcepta Legũ, coeant, *d. pr. & §. penult. Inſt. h. t.*

Individuum verò Latinis eſt non ſolùm quod indiviſum eſt; verùm etiam quod dividi non debet. Diſtinguit igitur individua vitæ conſuetudo, ſocietatem hanc ab altera rerum ſocietate; & nuptiæ ſunt ſocietas indiviſa, id eſt, quæ nihil habent diviſum inter conjuges, ne vitam quidem; ſed in ea ſunt omnia communia, etiam corpora. In ſocietate quoq; rerum, ſunt res communes, ſed non omnes: & in ea ſaltem res veniũt, nõ corpus, neq; vita.

Deinde, nuptiæ nunquã dirimi, vel dividi poſſunt; quod aliter ſe habet in ſocietate rerum, quæ non ſolùm conſenſu mutuo ſociorum ſolvitur, ſed etiam unius ex ſócijs renunciatione. *l. verum §. fin. ff. pro ſoc. §. Manet. Inſtit. de ſocietate.*

Separatur quoque per hanc formam concubinatus à nuptijs. *l. 1. & tot. tit. de concubin.* Nam nuptiæ ità contrahuntur, ut habeant vitæ conſuetudinem individuam, quæ non dividuntur aut dirimuntur. Concubinatus verò, neque eo modo inſtituitur, neque ea vi eſt, ut alter ab altero invito, cum velit, diſcedere non poſſit.

Obj. Quod autem juſtæ nuptiæ interdum per divortium dirimi poſſint. *l. conſenſus 5. C. de repud.*

Reſp. hoc fit per accidens, & præter votum, ac animum contrahentium & matrimonij naturam. *l. 1. de jur. dot.* Unde divortium juſtarum nuptiarum, niſi juſtis de cauſis, facere non licet. *d. l. conſenſus C. de repud Videantur quæ ſupra dicta ſunt c. 5. vers. individuam vitæ conſuetudinem continens.*

Ad formam externam pertinebant aliquot ſolennitates. Nam ſi ſpon-

ſponſalibus & promiſſis ſtaretur, dies nuptijs dici ſolebat, & diligenter obſervabatur, quis dies iſte futurus eſſet. Neque enim Menſe Majo nuptiæ fiebant, *Ovid. 5. Faſtor.* Menſe malas Majo nubere vulgus ait. Nec Februarij diebus iſtis, quibus parentalia celebrabantur. Junium aptiſſimum fuiſſe conſtat. *Ovid. lib. 3. & lib. 6. Faſtor.*

Tunc mihi poſt longas monſtratur Iunius idus,
Utilis & nuptis, utilis eſſe viris.

Plutarch. in problemat. Sext. Pompei. lib. 12. Macrob lib 1. c. 15. & c. 16. & alij, quos refert & ſequitur Hotom. in obſervat. ad veter rit. nupt. c. 13. Barnab. Briſ. de rit. nupt. pag. (mihi) 5.

Fuerunt etiam tres dies in nuptijs peragendis rituales. Primo namq; die, ſponſus viſitabat ſponſam apud ejus patrem, Altero die, ſponſa è domo patris egrediebatur: & hic dies propriè nuptiarum dictus eſt. Tertio die, vir fiebat maritus. *Hotom. de rit. nupt. c. 14. 16. 18. & 19.* Ubi tractat de ingreſſu ſponſæ in domum mariti. Unde Juno domiduca nominabatur.

tur. *Briſſon. de rit. nupt. pag. 28.* Neque verò nuptiæ, niſi priùs captatis augurijs fiebant. *Valer. Max. lib. 2. c. 1. Tacitus de nuptijs Meſsalinæ tractans lib. 11. & de Nezonis conjugio lib. 15. Plaut. in prolog. Caſinæ Cic. pro Cluentio. Lucan. lib. 2. de bello Pharſal. Juvenal. Satyr. 10. quorum, nec non aliorum loca refert B. Briſſon. de ritu Nupt. pag. 22. & ſeq.*

Ducebatur autem ſponſa vel per Equites, vel per pedeſtres, quos generali nomine Nymphagogos nominabant. *Jul. Pollux. in Onomaſtic. pag. mihi. 109.* Et plerumque tres pueri patrimi nubentem deducebant, quorum unus facem ex alba ſpina, vel ut alij volunt, pinu factam, præferebat; reliqui duo nubentem tenebant. *Briſſon. de rit. nupt. pag. 33. & ſeqq.* Ubi plura de facibus & tædis nuptialibus tradit.

De equitibus & vehiculo; nec non de pueris patrimis & matrimis nubentem manu ducentibus, & alijs eò pertinentibus, videatur *Briſſon. pag. 36. & ſeq.*

Sequebatur etiam virgines nubentes, colus comta, cum fuſo & ſtamine, & utenſilia ſponſæ per puerum impuberem in vaſe operto geſtari conſueverant. *Varro lib. 6. de ling. latin. Briſſon. pag. 40. & ſeq.*

Digitized by Google

& ſeq. Erant aliæ quoque circa deductionem ſolennitates, de quibus *Briſſon. d. loc. pag. 41.*

Ædium porrò fores, floribus & frondibus, præſertim laureis, ornari conſueverant. *Catullus in carm. de Nuptijs Pelei. Juvenal. Satyr. 6. Tertullian. in apologet. c. 35. Plin. 15. natur. hiſtor. c. fin.*

Ad fores ædium, cum veniſſent nubentes, interrogatæ, quænam eſſent? Cajas ſe eſſe, reſpondebant, in honorem Cajæ Ceciliæ Tarquinij regis uxoris. *Briſſon. pag. 42.*

Ornatus autem ſponſi in eo præcipuè notabatur, quòd ſponſus & alij, qui cum ipſo erant, ornatus cauſa tonderentur, *Hotom. c. 17.* Sponſæ cultus, in eo potiſſimum conſiſtebat, quòd ſenis crinibus ornaretur, quod cœlibari haſta caput mulceretur, ſive comebatur, quod coronâ redimeretur, quòd textâ tunica indueretur, quòd cingulo Herculano cingeretur, quòd in domum duceretur, de quibꝰ atq; ſimilibus ritibus *Briſſon. de rit. nupt. pag. 29. & aliquot ſeqq.*

Erat etiam ſolennis moris, ut in viri domum, tanquam domicilium & manſionē nuptæ traducerentur, ſicut abundè Briſſonius oſtendit. *lib. 1. antiq. c. 18. & de rit. nupt. pag. 31. & ſeq.*

Enim-

Enimverò deductio hæc veſperè fiebat. *Sext. Pompei. lib. 14. & Serv. in 8va. Eclogâ. Virgilij. Valer. Max. lib. 1. c. 5.*

Cum verò in mariti domum pervenerant, poſtes domus inveniebant ornatas laneis vittis, & oleo unctas, aquam item & ignem in limine appoſitum, utrinque tangebant. *Hotom. c. 18. Briſſon. de rit. nupt. pag. 43.* Solebat autem ſponſa in limine domus, quaſi obſtinata ſtare, ſecundum Hotoman; Briſſon. attamen opinatur unctione peractâ, novam nuptam limen januæ tranſilijſſe, quòd religioni fuerit, ſi in transgrediendo limen contigiſſet. *pag. 44.* Jam ingredienti nuptæ claves dabantur, ut ſignificaretur, ei rerum omnium domeſticarum curam cuſtodiamq; commiſſam eſſe, & in pelle lanatâ ſtatuebatur, & aquâ aſpergebatur, cæna quoque parabatur, in qua lautè ſatis ac opiparè convivæ tractarentur. Tibia quoque nuptialibus feſtivitatibus interveniebat, inclamabatur Talaſſio, ſpargebantur nuces, à novis maritis. Obſcæna, ſive Feſcennini verſus clamabantur, interea lectus genialis componebatur, in quem pronubæ nuptam collocabant, & alia faciebant: de quibus neſcio, num-

quis-

quisquam fide majore; majoreq; diligentia, quàm Barnabas Briſſonius. Illicò autem, quò ſponſa domum eſſet ingreſſa, uxor ſponſi dicebatur. *l. Cum te. C. de donat. ant. nupt. l. Genera. de rit. nupt.* Unde diſceptant acriter Dd.

An deductio ſponſæ in domum mariti ſit de ſubſtantia matrimonij? De qua quæſtione controvertentes videre liceat. *Donell. lib. 13. comment. c. 20. Cujac. lib. 11. obſerv. 15. & in paratit. C. h. t. Duaren. ad tit. ff. ſolut. matrim. Hotom. lib. 4. Obſerv. 26. & illuſtr. quæſt. 25. & in libr. de veter. rit. nupt. paſſim. Pacium lib. 5. antinomiar. c. 47. Vultejum lib. 1. Juriſprud. Rom. c. 19. n. 7.*

Erat & hoc de forma nuptiarum, quod aliæ contraherentur farre, aliæ coemptione, & uſu aliæ. De quibus *Hotom. ad veter. rit. nupt. c. 20. & ſeqq. Valent. Forſter. lib. 9. de ſucceſſionibus. c. 2. & in lib. de juriſdict. Rom. pag. 70. & ſeqq.*

Sponſâ nunc domum viri ingreſsâ, tota dies nuptiarum convivijs & ſaltationibus tranſigebatur, *Hotom. de vet. rit. nupt. c. 29.* & celebrabantur de nocte Sacra, quæ tamen populus Romanus poſtea causâ turpitudinis excluſit. *Hotom. c. 30.*

Cum igitur nox adveniſſet, in cubiculum

Contẽplatio enim publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur. *Paul. lib. 2. ſententiar.* Tit. 19. §. 1. *Auth. res quæ. C. Commun. de legat.*

3. Ratio. 3. Per textum *in c. Cum cauſa 6. Extr. De raptorib.* ibi: Licet parentes reclamarent. & ibi: Matrimonium carnis commixtione perfectum. &c.

4. Ratio. 4. Ne vitiatæ perſonæ fiat injuria, ſi pudicitiâ amiſſâ, virum etiam amitteret.

5. Ratio 5. Quia ſæpè, quæ fieri non debent, ſi tamen facta fuerint, non facilè reſcinduntur. *l. 1. §. 5. ff. Quand. appelland. ſit. l. 85. §. 1. De R. J. l. Patre furioſo. De his qui ſunt ſui vel alien. jur. Decius in l. In ambiguis §. Non eſt novum. De R. J. Paulus Montan. De Tutel. c. 9. n. 39. & ſeq.*

6. Ratio. 6. Quoniam hæc ſeparatio parentibus nihil eſt profutura: Etenim jus ipſis ſemel violatum, reſtituere nequit. Contemplatio verò publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur. *Paul. d. loc. & Plin. Cecil. lib. 7. Epiſt.* 18.

7. Ratio 7. Quoniam aliàs amoris intuitu, multa contra regulas juris, recepta ſunt, de quibus *Tiraq. in repetit. l. ſi unquam C. de revocand. donat. in præfat. Paul. Montan. de Tutel. c. 8. n. 4.*

8. Quo-

Digitized by Google

8. Quoniam & injuſtum matrimonium, eſt matrimonium *ὁμωνύμως, arg. l. 221. De V. S. l. 2. Teſtam. quemadmod. aper.* Sicut Magiſtratus vitio creatus nihilo ſecius Magiſtratus eſt, juxta Varronem. *l. 1. de offic. Prætor.* Et ſervus à Prætore nefaſto die liberatus, liber eſt, ſed vitio liber. *8. Ratio.*

9. Quia tale conjugium ratum eſt, etſi non ſit legitimum. *c. fin. cauſ. 28. q. 1.* Et quamvis juſtæ nuptiæ non dicatur, quantum ad patrem aut avum; tamen quantum ad conjuges, videntur ex perſeverentia eorum nuptiæ convaleſcere. *l. ſi quis 28. l. Eos 65. ff. de rit. nupt. l. ſi contra. C. de nupt.* Rectius autem nos facturos arbitror, ſi noſtrorum Theologorum atque JCtorum veſtigiis inſiſtentes, ipſorum ſententiam retineamus, & ad diſſentientium argumēta reſpondeamus. *9. Ratio*

† Neque verò tantoperè ſtringit argumentum à ſtupratore ſumptum. *†. Obj.*

† Eſt enim à ſeparatis. *l. fin. & ibi notat. De Calumniatoribus. l. Neq; natales. C. de probat. Eberhar in Topic. in loc. A ſeparat. 18.* Nam in ſtupratore præter commiſſum ſtuprum, & delictum, nihil attendi poteſt. In eo verò, qui ſibi puellam, ſine parentum conſenſu, conjugio ſtabili jungit, *† Reſp.*

 git,

git, amor conjugalis antecedit, & propoſitum cohabitandi. Concurrit igitur duplex vinculum, nempe concubitus, & propoſitum maritandi.

Fortius autẽ duo vincula ligant, quàm unũ. *l. penult. §. ſi verò C. De adopt. Auth. Itaq; C. commun. de ſucceſſ. l. ubi numerus. De teſtib. c. In omni. c. veniens. Extr. eod.* Equidem,
Inſt. qui puellam demulcet, & abſq; conſenſu paterno, ad ſe trahit, peccat, fateor; atta-
Reſp. men gravius ille, qui ſtuprat, extra matrimonij fidem, aut formam. Facilius igitur eo caſu, pater de rigore patriæ poteſtatis remittere debet, quando procus filiæ ſuæ vult cohabitare: quod ſecus eſt in ſtupratore, qui præter injuriam illatam, nihil præſtat, & patri, vel puellæ, nonnunquam peſſima quæq; facit. Neganda eſt igitur ratio connexionis. Quamvis enim conjunctio liberorum parentibus inſcijs, vel invitis facta, pro ſtupro habeatur, revera tamen ſtuprum non eſt, cum ad commixtionem corporum affectus maritalis accedat.

† *Obj.* † Non obſtat *l. 5. C. de repud.* † Nam in
† *Reſp.* ea, regula ponitur, quod pater matrimonium dirimere nequeat; cui ſubijcitur exceptio: niſi magna & juſta cau-

ſa in-

ſa interveniente; puta furoris, vel ſimilium, *l. 4. de divort. l. 22. §. 9. ff. ſolut. matrimon. Nov. 22. c. 19.* Defectus autem paterni conſenſus, non eſt magna & juſta cauſa, ad matrimonium, copulâ carnali conſummatum, dirimendum. Quamobrem ex illo textu non poteſt à minori ad majus argui, ſed nos invertimus, & dicimus, quod ſit potius argumentũ à diverſis.

† Non obſtat tertia ratio. † Quia negari debet. Facilius enim aliqua conſentit in matrimonium, quàm pudicitiam ſuam proſtituit, & proſternit. Deinde, loquitur de eo caſu, quando res adhuc eſt integra, & copula carnalis non intervenit. † *Obj.* † *Reſp.*

† Non obſtat quarta ratio. † Negari namq; debet, quod hac ratione nequitijs aperiatur feneſtra. Nam alijs modis delicta puniri poſſunt, etſi matrimonium bene concordans, non diſſolvatur, videlicet, quod injuſtæ ſint nuptiæ, injuſta uxor, injuſti liberi, nulla dos &c. *§. penult. Inſt. de nupt.* † *Obj.* † *Reſp.*

Deinde, Magiſtratus etiam ſuum officium facere, & ita delinquentes coercere poteſt pœnis pecuniarijs, vel aliâ ratione.

† Non obſtat *l. Paulus 11. de ſtat. hom.* † Quamvis n. injuſta ſit uxor, & injuſti liberi; non tamẽ inde ſequitur, quod matri- † *Obj.* † *Reſp.*

L 3 moni-

monium copulâ conſummatum, propterea diſſolvi poſſit, contemplatione ſcilicet publicæ utilitatis. *Paul. lib. 2. ſententiar. tit. 19. §. 2.* Deinde, quamvis tale matrimonium injuſtum ſit, & illegitimum; attamen ratum eſſe dicitur ſecundùm Auguſtinum *cauſ. 28. q. 1. Can. ult.*

† *Obj.* † Non obſtat Sexta ratio. † *Reſp.* Nego namque, quod is Procus plus delinquat, quàm ſtuprator: & nego quoque, quod per hoc pœnâ eximatur, per ea, quæ modò dicta.

† *Obj.* † Non obſtat *l. Quod initio. 29. De R. J.* † *Reſp.* *Præterquam* enim, quod illa regula Catoniana, olim controverteretur, teſte Theophilo *in. §. ſervi. Inſtit. de legat.* locum etiam ſibi in legatis potiſſimum vendicat. *tot. tit. de regul. Caton.* non in Teſtamentis, *l. 1. de reg. Catonian.* non in contractibus *l. 42. De uſucapion.*

† *Obj.* † Non obſtat Octava, & Nona ratio.

† *Reſp.* † Etſi namq; conſenſus patris deficiat; tamen quia copula carnalis intervenit, & res non amplius eſt integra, idcirco nævus ille, qui nuptijs talibus cohæret, obumbratur, & non attenditur, propter publicam utilitatem, ut Paulus loquitur. Et ne injuria perſonæ vitiatæ fiat. Neque verò rarum eſt in jure, quod ea, quæ fieri

non

nō debent, ſi tamen facta fuerint, non facilè reſcindantur, *l. 1. §. 5. ff. Quand. appelland. ſit. l. 85. §. 1. De R. J.*

† Tandem, non obſtat, quod contrahentes ſecundùm præcepta legum, quæ conſenſum paternum requirunt, coire debeant. † Nam & nos dicimus, hoc fieri debere. Quid autem, ſi conſenſus non adſit, vel puella virginitatem ſuam amiſit? Hîc, quia factum infectum fieri nequit, æquius eſt, ut matrimonium non dirimatur. Facta namque multa tolerantur, quamvis prohibita ſint, ne fiant. *Can. Lugdunenſis. fin. cauſ. 10. quæſt. 2. Can. Quod quidem cauſ. 1. q. 1. Can. Biduum cauſ. 2. q. 6. cap. 1. Extr. de eo qui duxerit in matrim. c. Rurſus. Extr. Qui cler. vel vovent. matrim. contrah. poſſ. c. Transmiſſæ. De eo qui cognov. conſanguin. &c.* Quod maximè procedit in prohibitionibus, contra matrimonium facientibus. Licet enim ibi caſus prohibiti cenſeantur, ne fiant, tamen ſi fiant, tenebunt. Eſt enim matrimonium res favorabilis. *c. 2. de matrim. contract. contra &c. Damaſius reg. 109.*

Obj.

Reſp.

An autem pater dotare filiam, inſcio ſe, vel invito, nuptam, cogatur? Et, An pater hoc caſu filium poſſit exheredare? quæſtionis eſt. *Quæſt.*

Digitized by Google

Quamvis autem, de jure veteri, uterq; punctus difficultate non careat, de jure tamen novo, negativam in utroq; veriorem eſſe, judicarem. *Auth. ſed ſi poſt & ibi Dd. C. de inoffic. Teſtam. Nov. 115. c. 3. Gail. lib. 2. obſerv 95. Salicet. in l. ſicut proponis. 5. C. de nupt. Hotom, lib. 4. de caſt. nupt. c. 5. Gentil. lib. 4. de nupt. c. 9.*

Quæſt. Diſceptant amplius. Quid, ſi Mater & Pater de elocanda filia diſſenſerint?

Quam quæſtionem eleganter tractat Cypræ. *de ſponſal. c. 6. n.* 8. Ubi latè quoq; tractat de conſenſu Tutorum, Curatorum, Propinquorum, §. 9. & 10. Item: ſi Tutor vel Curator conſentire nolit ſponſalibus, à pupillo vel minore contractis; an hoc caſu retractari poſſint? Quæ ſingula proſequi, nunc inſtituti noſtri non eſt.

Sufficiant hæc de conſenſu tàm eorum, qui coeunt, quàm eorum, in quorum ſunt poteſtate.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT IX.

DE FORMA NUPTIARUM.

FOrma nuptiarum duplex conſtitui ſolet: una interna, ſive eſſentiæ; altera externa, ſive exiſtentiæ:

Pro interna forma requiritur, ut ſit legitima conjunctio, & individuam vitæ conſuetudinem contineat. Poſito namq; contractu legitimè facto, de perpetua vitæ conſuetudine, ponũtur nuptiæ quoad eſſentiam, *§. 1. Inſtit. de patr. poteſt. pr. Inſtit. de nupt. l. 1. de rit. nupt.* Aſt legitima dicitur, ſi contrahentes, ſecundùm præcepta Legũ, coeant, *d. pr. & §. penult. Inſt. h. t.*

Individuum verò Latinis eſt non ſolùm quod indiviſum eſt; verùm etiam quod dividi non debet. Diſtinguit igitur individua vitæ conſuetudo, ſocietatem hanc ab altera rerum ſocietate; & nuptiæ ſunt ſocietas indiviſa, id eſt, quæ nihil habent diviſum inter conjuges, ne vitam quidem; ſed in ea ſunt omnia communia, etiam corpora. In ſocietate quoq; rerum, ſunt res communes, ſed non omnes: & in ea ſaltem res veniũt, nõ corpus, neq; vita.

Deinde, nuptiæ nunquã dirimi, vel dividi poſſunt; quod aliter ſe habet in ſocietate rerum, quæ non ſolùm conſenſu mutuo ſociorum ſolvitur, ſed etiam unius ex ſocijs renunciatione. *l. verum §. fin. ff. pro ſoc. §. Manet. Inſtit. de ſocietate.*

Separatur quoque per hanc formam concubinatus à nuptijs. *l. 1. & tot. tit. de concubin.* Nam nuptiæ ità contrahuntur, ut habeant vitæ conſuetudinem individuam, quæ non dividuntur aut dirimuntur. Concubinatus verò, neque eo modo inſtituitur, neque ea vi eſt, ut alter ab altero invito, cum velit, diſcedere non poſſit.

Obj. Quod autem juſtæ nuptiæ interdum per divortium dirimi poſſint. *l. conſenſus 5. C. de repud.*

Reſp. hoc fit per accidens, & præter votum, ac animum contrahentium, & matrimonij naturam. *l. 1. de jur. dot.* Unde divortium juſtarum nuptiarum, niſi juſtis de cauſis, facere non licet. *d. l. conſenſus C. de repud. Videantur quæ ſupra dicta ſunt c. 5. verſ. individuam vitæ conſuetudinem continens.*

Ad formam externam pertinebant aliquot ſolennitates. Nam ſi ſpon-

ſponſalibus & promiſſis ſtaretur, dies nuptijs dici ſolebat, & diligenter obſervabatur, quis dies iſte futurus eſſet. Neque enim Menſe Majo nuptiæ fiebant, *Ovid.5.Faſtor.* Menſe malas Majo nubere vulgus ait. Nec Februarij diebus iſtis, quibus parentalia celebrabantur. Junium aptiſſimum fuiſſe conſtat. *Ovid. lib.3. & lib.6. Faſtor.*

Tunc mihi poſt longas monſtratur Iunius idus,
Utilis & nuptis, utilis eſſe viris.

Plutarch. in problemat. Sext. Pompei. lib. 12. Macrob lib 1. c.15. & c.16. & alij, quos refert & ſequitur Hotom. in obſervat. ad veter rit. nupt. c. 13. Barnab. Briſſ. de rit. nupt. pag. (mihi) 5.

Fuerunt etiam tres dies in nuptijs peragendis rituales. Primo namq; die, ſponſus viſitabat ſponſam apud ejus patrem, Altero die, ſponſa è domo patris egrediebatur: & hic dies propriè nuptiarum dictus eſt. Tertio die, vir fiebat maritus. *Hotom. de rit. nupt. c. 14. 16. 18. & 19.* Ubi tractat de ingreſſu ſponſæ in domum mariti. Unde Juno domiduca nominabatur.

& ſeq. Erant aliæ quoque circa deductionem ſolennitates, de quibus *Briſſon. d. loc. pag.* 41.

Ædium porrò fores, floribus & frondibus, præſertim laureis, ornari conſueverant. *Catullus in carm. de Nuptijs Pelei. Juvenal. Satyr. 6. Tertullian. in apologet. c. 35. Plin. 15. natur. hiſtor. c. fin.*

Ad fores ædium, cum veniſſent nubentes, interrogatæ, quænam eſſent? Cajas ſe eſſe, reſpondebant, in honorem Cajæ Ceciliæ Tarquinij regis uxoris. *Briſſon. pag.* 42.

Ornatus autem ſponſi in eo præcipuè notabatur, quòd ſponſus & alij, qui cum ipſo erant, ornatus cauſa tonderentur, *Hotom. c.17.* Sponſæ cultus, in eo potiſſimum conſiſtebat, quòd ſenis crinibus ornaretur, quod cœlibari haſta caput mulceretur, ſive comebatur, quod coronâ redimeretur, quòd textâ tunica indueretur, quòd cingulo Herculano cingeretur, quòd in domum duceretur, de quibꝰ atq; ſimilibus ritibus *Briſſon. de rit. nupt. pag. 29. & aliquot ſeqq.*

Erat etiam ſolennis moris, us in viri domum, tanquam domicilium & manſionē nuptæ traducerentur, ſicut abundè Briſſonius oſtendit. *lib. 1. antiq. c. 18. & de rit. nupt. pag. 31. & ſeq.*

Enim-

quisquam fide majore; majoreq; diligentia, quàm Barnabas Briſſonius. Illicò autem, quò ſponſa domum eſſet ingreſſa, uxor ſponſi dicebatur. *l. Cum te. C. de donat. ant. nupt. l. Genera. de rit. nupt.* Unde diſceptant acriter Dd.

An deductio ſponſæ in domum mariti ſit de ſubſtantia matrimonij? De qua quæſtione controvertentes videre liceat. *Donell. lib. 13. comment. c. 20. Cujac. lib. 11. obſerv. 15. & in paratit. C. h. t. Duaren. ad tit. ff. ſolut. matrim. Hotom. lib. 4. Obſerv. 26. & illuſtr. quæſt. 25. & in libr. de veter. rit. nupt. paſſim. Pacium lib. 5. antinomiar. c. 47. Vultejum lib. 1. Jurisprud. Rom. c. 19. n. 7.*

Erat & hoc de forma nuptiarum, quod aliæ contraherentur farre, aliæ coemptione, & uſu aliæ. De quibus *Hotom. ad veter. rit. nupt. c. 20. & ſeqq Valent. Forſter. lib. 9. de ſucceſſionibus. c. 2. & in lib. de juriſdict. Rom. pag. 70. & ſeqq.*

Sponsâ nunc domum viri ingreſsâ, tota dies nuptiarum convivijs & ſaltationibus tranſigebatur, *Hotom. de vet. rit. nupt. c. 29.* & celebrabantur de nocte Sacra, quæ tamen populus Romanus poſtea causâ turpitudinis excluſit. *Hotom. c. 30.*

Cum igitur nox adveniſſet, in cubiculum

lum mariti deducebatur, ubi lectus roſis contextus ſtabat, qui genialis appellabatur, *l. cum fuerit*, *De condit. & Demonſtr. Hotom. c. 31.* qui de reliquis etiam videatur.

Cæterùm apud nos hic ferè mos obtinuit, ut nuptiæ contrahantur in templo & in Eccleſiæ facie, & coram eâ, vel cœtu quodam fidelium, Eccleſiam repræſentante, ſe ambo ſiſtant, benedicentemq; ſibi miniſtrum Eccleſiæ audiant, & DEUM invocent, ut conjugium feliciter & proſperè cedat. *c. 2. §. fin. de clandeſtin. Sponſal. c. fin. cauſ. 28. q. 1. Can. aliter. cauſ. 30. q. 5. Hotom. illuſtr. quæſt. 25. Borcholt. in tract. de gradib. pag. 90. Videatur Alexandri Comneni Nov. 3. Gothofr. ad l. 21. de ſponſal.*

Circa quam diſpectionem Donell. id conſilij dat, ſi ſtatutum aliquod in aliquo loco vigeat, quod iſtud præciſè ſervari debeat; ſi verò nihil conſtitutum; omittendam quidem à bono viro ſolennitatem deductionis in templum non eſſe, niſi juſta cauſa, vel neceſſitas urgeat. *Donell. 3. comment. 20.*

Planè de jure Saxonico, ut nuptiæ ſortiantur plenarium effectum, requiritur etiam

etiam tori, ſive lecti conjugalis, ingreſſus, id eſt, Sie müſſen das Ehebette beſchreiten. De qua re plura dicemus in capite de effectu nuptiarum.

Caput X.

DE FINE NUPTIARUM.

FInis nuptiarum ſive matrimonij primus & præcipuus eſt, procreatio liberorum, ſeu propagatio ſobolis & multiplicatio generis humani. *Geneſ. 1. v. 28.* ibi: creſcite & multiplicamini *Tob. 7. v. fin.* Vbi Raphael Tobiam monet, quòd amore liberorum magis, quàm libidine ductus, virginem accipere debeat. Et Tobias cum Sára orans dixit; Domine tu ſcis, quia non luxuriæ causâ accipio conjugem, ſed ſolâ poſteritatis dilectione, *c. 8. v. 9. Ariſtot. lib. 7. politicor. c. 7. Plutar. in Lycurg. l. 1. ſolut. matrim.* ibi: ad ſobolem procreandam, replendamque liberis civitatem. *l. 7. §. 3. de bon. damnator.* Ubi Divus Hadrian. mavult ampliari imperium, hominum adjectione potius, quàm pecuniarum copiâ. *l. liberorum. 220. §. 3. De V. S.*

Ubi

Ubi Calliſtrat. inquit, quod pij parentes liberorum procreandorum animo & voto uxores ducant. *l. ſi vicinis. 9. ibi: liberorum procreandorum cauſa. C. de nupt. Can. pudor. 1. cauſ. 32. quæſt. 2. in palea.* Ubi refertur ex Ambroſio ſuper Lucam: quòd ij, qui non cauſa procreandæ ſobolis ſibi invicem copulantur, non tàm conjuges, quàm fornicarij videantur.

Hinc mos apud Romanos, quòd nubentes interpoſitâ teſtatione profitebantur, uxorem liberorum quærendorum causâ duci. *Ulpian. in fragm. lib. 3. Cornel. Tacit. lib. 2.* & erant Auſpicum curæ illæ. *Hotom de vet. rit. nupt. c. 3.* Unde Auguſtin. *lib. 3. contra Julian.* Pudicitia conjugalis, inquit, facit, quod præſcribunt tabulæ matrimoniales, ne ultra, quàm generandis filijs ſatis eſt, corpus attrectetur. Et *Sermon. 244.* Uxor, inquit, non propter libidinem, ſed propter filiorum procreationem accipitur; &c. *Et lib. 1. de nupt. ad Valerian. Comitem. Videatur omninò Hotom in obſerv. ad veter. rit. nupt. c. 30. & illuſtr. quæſt. 25. Cujac. in Novell. 22. Weſemb. in paratit. h. t. n. 6. Gothofr. in d. l. 220. §. 3. de V. S.*

Hinc

Digitized by Google

Hinc in Caſtrato, & nondum viri potente, item alijs, qui finem iſtum aſſequi nequeunt, matrimonium non cenſetur. Nam Lex Julia & Papia requirit fœcundas nuptias, iisq́;, qui prorſus infœcundi ſunt, nuptijs interdixit. *l. 6. §. Quamvis nulla. de jur. patronat. l. ſi ſervus §. fin. de jur. dot. Ulp. in fragm. lib. 3. Tit. 1. 13. 14. & ſeqq. l. penult. C. de nupt. Videatur Gell. lib. 2. Noct. Atticar. c. 15. Sueton. Dio, Tacitus, & alij de Julio & Auguſto Imperatoribus. Valent. Forſter. in Hiſtor. Roman. ſub cap. de Legibus Julij Cæſaris & Auguſti. Duaren. lib. 1. diſput. c. 40. Anton. Guibert. Coſtan. in tract. de nupt. ſive de matrim. cap. de his, qui nupt. contrah. poſſ. n. 54. Gœddæus ad l. 128. de. V. S.* Hinc etiam conditio, quæ viduitatem inducit, utilitati Reipubl. repugnare dicitur. *l. 64. in fin. de condition. & demonſtr.* Et conditio viduitatis, ijs, qui intra annum juraſſent, ſe liberorum procreandorum causâ nuptias contrahere, Lege Julia Miſcella remittebatur, *Gell. lib. 4. Noct. Attic. c. 3. Gothofr. ad l. 1. Solut. matrim. & ad l. 220. §. 3. de V. S. B. Menzer. de conjug. pag. 112. & ſeqq.*

Alter & huic ſubordinatus finis, eſt liberorum educatio, *pr. ſupr. de J. N. G. &* 2. *Finis.*

Digitized by Google

C. ubi notavimus. l. 5. §1. De agnoſc. & aled. lib.

3. Fin. Tertius finis eſt, conſtitutio & conſervatio familiarum, & Rerumpublicarum. *Cic. lib. 1. offic. Bodin. lib. 1 de Repub. c. 1. & 2. Gregor. Toloſan. lib 1. de Repub. c. 2. Ariſt. lib. 1. Polit. c. 2. Alcionius in legato Medices priorelit. D. l. Pronunciatio. 195. §. familia. 1. l. 220. § 3. De V. S. l. 9. C. de quaſtion. l. 14. C. de legitim. hered. Forſter. de ſucceſſion. ab inteſt. in præfat. Goclenius part. 2. problem. Logc. 4.*

4. Fin. Quartus finis eſt, certitudo prolis. *L. 6. De his qui ſui vel alien. jur. l. Lucius. 83. de condit. & demonſtr.*

5. Fin. Quintus finis eſt, ut conjuges ſeſe mutuis officijs juvent, ac invicem delectent. *Eccleſiaſtes c. 4. v. 9. & ſeqq. & c. 9. v. 9. Syracid. c. 26. v. 1. 2. 3. 18. Xenophon. in œconomic. Cic. lib. de finib.* Item, ut habeant parentes à quibus juventur. *Ruth. c. 4. circ. fin. Xenophon. d. loc. Hieronym. in Jovinian.*

6. Fin. Sextus finis eſt, ut eſſet adverſus omnes inordinatas & illicitas commixtiones medicina. *Geneſ. 2. v. 24. Proverb. 5. v. 18. & ſeqq. Epiſt. 1. ad Corinth. c. 7. per totum.*

Quamvis enim, qui libidinis explendæ causâ ſibi invicem copulantur, fornicarij videantur. *c. 1. in fin. cauſ. 32. quaſt. 2.* nuptiæ tamen talem concubitum ab adulte-

rio

rio, ſeu fornicatione defendunt. *c. Quicquid. 3. cauſ. 32. quæſt. 2. Videatur Alber. Gentil. lib. 2. de nupt. c. 5.*

Tandem, nuptiarum bonum, ſemper eſt bonum, & eſt infirmitatis remedium, in quibusdam humanitatis ſolatium. *c. Nuptiarum 41. cauſ. 27. q. 1.* Et nuptijs quæritur honor DEI. Quâ de causa Christus nuptijs interfuit *Joh. in. 2. v. 2.* De quibus & alijs, qui plura velit, videat *Coſtanum in Commentario de matrimonio cap. 8.*

CAPUT XI.

DE EFFECTU NUPTIARUM.

EFfectus nuptiarum varij ſunt.

1. Eſt obligatio mutua, quâ conjuges invicem ſibi tenentur ad conſuetudinem conjugalem, & ad communionem atque communicationem corporum, rerum & bonorum. *Geneſ. 4. v. 1. & Gen. 16. v. 3. & 4. Gen. 26. v. 24. Tob. 6. v. 12. & cap. 8. v. fin. l. 1. de rit. nupt. l. ſi cũ dotem. 22 §. ſi maritus. 7. verſ. quid enim* tàm humanum eſt, quàm fortuitis caſibus mulieris maritum, vel uxorem viri participem eſſe. *ff. ſolut. matrim. l. 1. ff. rer. amotar. l. 4 C. de crim. expil. heredit. l. 52. de re judicat. Donel. 13. comment. c. 21.*

2. Multiplicatio generis humani, itemq; nominis & familiæ conſervatio, & levamen ſenectutis. *Genes. c. 1. 8. 9. 38. &c. Ruth. c. 4. Syrac. c. 3. & 41.*

3 Quod pater familiam alere teneatur, & liberos educare. *Gen. 14. & tot. tit. ff. De agnoſcend. & alend. liber.*

4. Quod uxor ad reverentiam, & fidem marito debitam exhibendam, obſtringitur, ad quam adigi debet primùm quidẽ, non verberibus, ſed verbis, & modeſta correctione, exemplo Jobi. *cap. 2. Syrac. c. 25.* Quod ſi parére nolit, neceſſaria poterunt ipſi denegari. *arg. l. 18. & ſeqq. De oper. libertor. Videatur Donell. lib. 13. comment. c. 21. & ibidem Hilligerus.*

5. Quod mulier tenetur ſequi maritum proficiſcentem, etiam vagabundum, ſive fugitivum, aut bannitum. Ita namq; ſequitur Sara Abraham egredientem, ex Ur Chaldæorum *Genes. 12. & 20.* Et Rebecca ad Iſaacum venit in Canaan ex Meſopotamia. *Genes. 24.* Lia etiam & Rachel Jacobum profugum ſponte ſequuntur *Genes. 32*, & Zepora cum Moſe abit in Ægyptum *Exod. 4.* Et cum Tobia fugiente, uxor etiam abit. *Tobiæ 1. l. ſi cum dotem. §. ſi maritus, & §. ſi autem C. de donat. int. vir.*

Digitized by Google

vir. & uxor. l. 1. C. de repud. Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 10. n. 18. Menoch. de arbitrar. Jud. quæſt. caſ. 469. Ayrer in proceſ. hiſtor. c. 9. obſerv. 5. n. 6. Et latiſſimè Tiraq. in legib. connubialibus.

6. Quod uxor redigitur in viri poteſtatem. Quæ propoſitio tamen in dubium de jure civili, propter diſſentientes aliquos textus, vocatur. *Quæſt.*

Nam quod in poteſtate mariti ſit, probare videtur, *l. Alia 14. circ. fin. ff. ſolut. matrim. ibi*: contra receptam reverentiam, quæ maritis exhibenda eſt. Et Labeo aſſerit, uxorem in mariti familiam transgredi, ſicut tradit *Gellius lib. 3. Noct. Attic. c. 10.* Ulpianus etiam ſcribit; viri & uxoris familiam commixtam & unam domum eſſe, *l. 1. §. ſi vir. ff. Ad. SC. Syllan.* Item Quintilian. *declamat. 259.* ut virgo, inquit, pertinebat ad patrem; ita nupta pertinet ad maritum. *1. Opin.*

In contrarium autem infiniti juris Romani textus paſſim extant. *l. 1. in fin. & l. ſeq. de liber. exhibend. l. 1. §. 1. de liber. agnoſcend. l. 2 §. 1. ſolut. matrim. l. 29. §. 1. De religioſ. & ſumt. fun. l. 5. C. de condict. inſert. cum ſimilibus relatis per Tiraquell. in l. 1. connubial. n. 1.* *2. Opin.*

Diſting. Sed diſtinctione negotium componi poteſt.

Tribus enim generibus uxores quærebantur, uſu, farre, coemtione, inquit *Arnob. lib. 4. advers gent. Cicero in Topic.* Et genus, inquit, eſt uxor. Ejus duæ formæ, una matrumfamiliarum, quæ in manum farre, vel coemtione convenerunt. Altera earum, quæ tantummodò uxores habentur uſu. Quapropter, ſi uxor tantùm eſſet uſu ducta, omnes conſentiunt, non fuiſſe in dominio mariti. Si verò coemtione, vel farre, dicunt, eam in dominio viri fuiſſe; quoniam in ejus manum pervenerat, & exierat è poteſtate patris, capite quaſi deminuta. *Ulpian. in fragm. tit. 22. §. 13. Hotom. ad veter. rit. nupt. c. 23. & ſeq. Marc. Vertranius Maurus. de jur. liberor. c. 3. Barnab. Briſſon. de rit. nupt. pag. 7. & pag. 14.* Nam per conventionem in manum, mulieres propinquorum tutelâ liberabantur. *Boet. in commentar. ad Cic. in Topicis. Cato apud Livium lib. 44.* Et cum mulier viro in manum conveniebat, omnia, quæ ejus fuerant, viri fiebant, inquit *Cicero in Topic. in loco ab effectis. ubi Boet. & B. Briſſon. de rit. nupt. pag. 6. Valent. Forſter, lib. 1. de jurisd. Rom. c. 6. l. 1. n. 4.*

&

& ſeqq. Videatur omnino Tiraquell. in d. l. 1. connub. per tot. Ubi prolixè demonſtrat, quod Hebræorum Legibus, uxor in viri poteſtate ſit: itemq; legibus naturæ; & quod ita fuerit à plerisq; gentibus obſervatum.

An autem jure Saxonico liberi per matrimonium liberentur à patria poteſtate? controvertitur. Sed verior eſt ſententia, quod uxor ſtatim celebratis nuptijs tranſeat in poteſtatem atque tutelam viri. *textus artic. 31. in verb.* Wenn ein Mann ein weib nimpt/*&c. Et art. 45. in verb.* Vnd ob wol ein Mann. *lib. 1.* Landrecht *& lib. 3. artic. 45. in verb.* Der Mann iſt auch ſeines weibes *&c.* Weichbild. *artic. 26. Weſemb. ad tit. De his qui ſui vel alien. jur. ſunt n. 3. Fachſius different. 24. Pruckman. conſil. 35. n. 42. Conſultationes ſuper Conſtitut. Elect. Saxo: volum. 2. part. 1. q. 59. n. 3. Rauchbar part. 2. q. 8. n. 24. Et alij, quos refert Additionator ad Colerum. deciſ. 222. n. 12. & ſeqq.* ubi tractat; Num etiam filij per contractum matrimonij liberentur à patria poteſtate. Quæſt.

7. Ultimus effectus de jure Saxonico, quod ſponſus & ſponſa non prius lucretur id, quod ſibi vel ex pacto, vel ex ſtatuto, debetur, quàm ſi torum, ſive conjugalem lectum ingreſſi ſunt.

Wann ſie das Ehebette beſchritten haben. *Zobel. part. 3. differ. 11. n. 1. Schneidvv. ad tit. Inſtit. de heredit. quæ ab inteſt. defer. tit. de ſucceſſion. inter. vir. & uxor. n. 21. Et in § Fuerat. Inſtit. de Action. num. 109. dicens, in terris Saxon. ita obſervari. Ioach. Beuſt. ad l. 1. n. 166. & in l. Admonendi. n. 957. de jurej. & de jure connubial. part. 2. c. 67. & part 3. c. 4. Matth. Coler. deciſ. 57. n. 56. & deciſ 58. n. 3.*

Quod extenditur, ut etiamſi conjugum alteruter ipſo die nuptiarum, & poſt copulationem ſacerdotalem, antequam concubuerint, extinguatur, ſuperſtes debitum ex ſtatuto vel pacto non capiat, *part. 3 Conſtit. Elector. Sax. 19. & ibi Daniel Moller. Beuſt. in l. 1. n. 166. v. hanc ob cauſam. & in l. Admonendi. n. 957. De jurejur.*

Utrum autem ad ingreſſum tori copula carnalis requiratur? diſcrepantes ſunt opiniones. Sed negativa receptior eſt. *Moller. lib. 3. ſemeſtr. c. 23. & ad Conſtit. 19. part. 3. Beuſt. de jur. connub. part. 3. c. 5.* aſſerens, ita practicari & obſervari; ſubjiciens: quod appoſitio in lectum, quæ inter nobiles & illuſtres perſonas ſervari ſolet, pro ingreſſu tori cõjugalis habeatur.

Additio.

Digitized by Google

Additionator ad deciſionem Coleri. 286. n. 236. & ſeq. Ubi ad quinq; objectiones reſpondet. Videatur etiam Cypræ. de matrimon. c. 3. §. 4.

CAPUT XII.

DE ADJUNCTIS NUPTIARUM.

ADjuncta nuptiarum multa ſunt: & communia quidem, Crux, perpetuus ferè matrimonij Comes. *Gen. 3. v. 16. & ſeqq. Gen. 25.* Jtem Jurgia & Contentiones. *Gen. 16. c. 21. & 30. Tob. 2. Job. 2.*

Erat etiam antiquitus adjunctum ſive privilegium matrimonij, quod novi mariti à bello & alijs publicis negotijs immunes eſſent ad annum usque, *Deuter. 24.*

Nobis nuptiarum adjuncta ſunt DOS. *tot. tit. ff. & C. de jur. dot. Nov. 91. 97. 98.* Fiebant enim apud Auſpices de dote quoque conventiones, ut Maritus aliquid haberet ab uxore, ad onera matrimonij facilius ſuſtinenda, *l. 1. ſolut. matrim. l. 7. ff. de jur. dot. l. pro oneribus. 20. C. de jur. dot. Hotom. de vet. rit. nupt. c. 4. & 5.*

Jtem, Donatio propter nuptias *l. fin. C. de donat. ant. nupt. l. 22. C. de nupt. Nov. 117. c. 4. l. 1. ff. Qui potior. ſint in pignor. l. Ex morte. C. de pact. convent.* quam Græci ὑπόβολον, & alijs nominibus, Longobardi & Feudiſtæ Dotalitium appellant, *Hotom. c. 6. & 7.* Jtem, Pacta dotalia *tot. tit. ff. & C. de pact. dotal.* Jtem arrhæ, ſponſalitiæ largitates. *l. arrhis. tot. tit. C. de ſponſal. & arrh. ſponſal. & proxim. l. cum veterum. & ſeq. C. de donat. ant. nupt. l. ſi quis Officium. de ritu nupt. Briſſon. de ritu nupt. pag. 3. Hotom. c. 10.* Quin & annulus, quem pronubum Tertullianus appellat *in lib. de cultu fœminarum.* Sponſæ pignoris loco mittebatur. *Jſidor. lib. 20. Etymolog. & lib. 2. de divin. Offic. c. 15. Gell. lib. 10. Noct. Attic. c. 10. Macrob. lib. 7. c. 13. Juvenal. Satyr. 6. l. ſi donata. 36. §. ſponſus. De Donat. inter. vir. & uxor.* Atq; ſimilia, quæ nonnunquam nuptijs accedunt, ſed tamen abeſſe poſſunt. *d. l. fin. C. de donat. ant. nupt.*

Quamvis autem aliqui ſtatuant, uxorem à marito domo exigi poſſe, ſi dos promiſſa non exolvatur. *Jaſon. in §. Fuerat n. 98. Inſtit. de action. Bart. in l. ſi donaturus. De condict. ob cauſ.* Et alij, quos refert

fert & ſequitur Gail. lib. 2. obſ. 87. n. 2. & ſeqq.

Hoc tamen alijs neutiquam admittendum videtur. Non enim à dote matrimonium, ſed à matrimonio dos dependet, *l. fin. C. de donat. ant. nupt.* Et propter conditionem dotis non impletam, jus matrimonij non eſt dirimendum. *l. fin. C. de repud. Nov. 22. c. 18.* Nuptias enim non dos, ſed conſenſus facit.

† Neque juvat diſſentientes. *l. ſi donaturus. 9. §. fin. de condict. cauſ. dat.* † Obj.

† Nam nullum verbum ibi de expulſione conjugis. † Reſp.

† Non obſtat. *c. Nullum ſine dote fiat matrimonium. 6. cauſ 30. quæſt. 5.* † Obj. † Nam, ut Gloſſa reſpondet, eſt conſilium: &, ut Archidiaconus reſpondet, loquitur de honeſtate. † Reſp. Nam nuptiæ extra Dotalia documenta ex ſolo affectu valent & ratæ ſunt. *Nov. Quib. mod. natural. efficiant. legitim. 74. c. Illud quoq. 4.*

† Nec obſtat, quod maritus non ſit decipiendus, quod fit, ſi indotatam invitus cogitur uxorem habere. *d. l. 9. §. fin. De condict. cauſ. dat.* † Obj. † Nam concedimus totum. Sed inde non ſequitur, quod maritus uxorem expellere poſſit: cum nō niſi certæ cauſæ ſint matrimonium dirimendi. *Matth. 5.* † Reſp.

CAP.

Caput XIII.

DE ADFINIBUS NUPTIARUM.

CONfinia nuptiarum ſunt ſponſalia, non quod σπονδὰς interpoſitis rebus divinis facerent, ſed à ſponſione ſic nuncupata *Gell. lib.* 4. *Noct. Attic. c.* 4. *Plaut. in Aululariâ, Trinumo & Curculione. Arnob. lib.* 4. *adv. gentes. l.* 2. *&* 3. *& t. t. De ſponſalibus l. ſponſis. De V. O. B. Briſſon. in lib. ſing. de rit. nupt. in pr. Weſembec. in parat. de ſponſal. Hotom. de veter. rit. nupt. c.* 9. De quibus alia vice. Jtem conjugia, quæ dicuntur vulgaria. *l. ſi uxor.* 13. *ff. Ad L. Jul. de adult.* Jtem contubernia ſervorum *l.* 3. *C. de inceſt. nupt.* Et concubinatus, *tot. tit. de concubin. Weſembec. in paratit. de rit. nuptiar. num.* 7.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT ULT.

DE CONTRARIIS NUPTIARUM.

Oppoſita ſive contraria matrimonio ſunt quàm plurima, quæ vel impediunt illud contrahi, vel contractum diſſolvunt.

Contrahi nuptias, maximè impedit diſſenſus, de quo ſupra ſatis dictum. Contractum verò matrimonium diſſolvunt, MORS & DIVORTIUM.

Solvit autem matrimonium duntaxat mors naturalis, *l. ſed ſi maritus. §. ſed ſi morte. ff. Qui & à quibus manumiſſ.* Morte namq; civili, id eſt, quando quis civitatem & libertatem, aut civitatem tantùm amittit, matrimonium non diſſolvitur. *l. 1. C. de repud. l. Res uxoris. C. de donat int. vir. & uxor. l. ſed ſi mors ff. eod. Nov. 22. c. 8. & 13. Ubi Cujac. Borch. in tract. de gradib. pag. mihi. 122.*

Quæ quidem adeò vera ſunt, ut quamvis olim conjuge ab hoſtibus capto, matrimonium ſolveretur: Hodie tamen alter conjugum ad ſecundas nu-

ptias

ptias tranſire nequeat, quamdiu conſtat captivum vivere. Si verò dubium ſit & incertum; an captivus vivat, quinquennium erit expectandum, per *d. Nov. 22. & l. uxores. De divort. & repud.* Quinimò, nuncius certus requiritur, qui de morte ſignificet. *auth. Hodie. C. de repud. c. in præſentia. de ſponſalib. Weſembec. in paratit. de divort. & repud. n. 3.*

Idem in eo, qui juſtam militiam ſecutus eſt. Nam & is expectari debet, donec de morte ejus conſtet, *d. Auth. Hodie. & Nov. 117. c. 11.*

In Erroribus autem, qui non ſequuntur neceſſariam militiam, & ſic deſertioni prætextum obducunt, ſicut & in alijs quibusvis malitioſis deſertoribus: In ijs quoque, qui ob perpetratum homicidium aut aliud crimen, metu pœnæ aufugerunt, illud ſequi ſolent Magiſtratus, ut poſt quinquennium, aut etiam longius tempus, deſertore citato, literis publicis ad templum affixis, vel in ſuggeſtu lectis, alteri conjugi novas nuptias permittant. *De quo proceſſu vid. Conſultat. Elect. Saxon. part. 1. lib. 2. q. 6. Beuſt part. 1. quæſt. 6. cum ſeqq. Weſemb. d. n. 3.* Hæc de morte.

Divortium ſive Repudium (quanquam hoc

hoc magis propriè de ſponſalibus enuncietur. *l. 2. de divort. l. 14. §. ſive autem. ff. Qui & à quibus manum. Hotom. de vet. rit. nupt. c. 12. Vultei. lib. 1. Jurisprud. Rom. c. 21. n. 7.*) eſt repudiatio conjugis: & fit potiſſimum ob duas cauſas, puta deſertionem, de qua modò diximus; & adulterium, *Matth. 5. v. 32. c. 19. l. conſenſu. C. de repud.* Interveniente tamen reconciliatione, matrimonium durat, & pœna capitalis, propter ejus honorem, remittitur, ſed uxor intercedens pro marito, cum ipſo diſcedere jubetur. *Borch. in tract. de gradib. pag. mihi 129. Weſemb. in paratit. ad L. Jul. de adult.*

Etſi verò Judicis arbitrium in hac re vel potius autoritas Magiſtratus plurimùm poteſt: Novellâ tamen Conſtitutione Saxonicâ, quæ 30. Septembris Anno 1609. promulgata fuit, nonnihil fuit immutatum & reſtrictum.

Cœterùm diſceptari circa præſentem articulum ſolet; an matrimonium diſſolvi poſſit ob veneficium, vel alia crimina, præter adulterium?

Negant hoc Beza *in tract. de divort. p. 91.* Brentzius *in lib.* Von Eheſachen. *p. 208.* **1. *Opin. negativ.***

Alb.

Alb. Gentil. *lib. 6. de nupt. c. 20.* Treutler *part. 2. diſput. 6. theſ. 8.* Conſultat. Saxon. *part. 1. lib. 2. q. 1. pag. mihi. 13.* Moventur per locum. *Matth. 5. v. 32.* ibi: excepta fornicatione. Et *Matth. 19. v. 9.* ibi: niſi ob fornicationem.

Ratio.

2. Opin. affirm.

Secunda opinio affirmativa. Thoming. *in Enchirid. Theol claſſ. 4 c. 9.* Henning. *de conjugio pag. 120.* Hunnius *ad cap. 5. Matth. part 2 pag. mihi 103. & ſeq.* Connan. *lib. 5. comment. cap. 12.* Weſemb. *in paratit. de divort. & repud.* Borch. *in tract. de gradib. pag. 129. & ſeq.* Heig. *ad §. 1. Inſtit. de patr. poteſt.* Quam & nos defendimus *part. 1. tractation. noſtrar. diſput. 3. q. 12. per l. conſenſu 8. §. 2. De repud. Nov. 22. c. 15. §. 1. c. 8. Qui filij ſint legit. c. 9. De teſtib. Matth. 5. & 19.* Quibus ea quoque ratio ſubnecti poteſt, Quod propter deſertionem matrimonium dirimi poſſit. *1. Corinth. 7. 1. Timoth. 5.*

† Obj.
† Reſp.

† Nec adverſantur loci ex Matthæo citati. † Nam reſpondeo. *1.* Quod vocabulum πορνείας ſive fornicationis, non tantùm adulterium ſignificet, & ſtuprum, ſed aliud etiam quodcunque grave maleficium, ut annotavimus *lib. 1. Obſervat. c. 18. in fin. per text. Numer. 14. v. 33. Deut. 31. v. 16. Pſal. 106. v. 39.*

2. Quod

2. Quod ſub una ſpecie totum genus comprehendatur.

3. Per Inſtantiam. Quod mulieri adulterium committenti non daretur repudij libellus, ſed ultimum ſupplicium irrogabatur.

4. Quòd excluſiva illa, opponitur tantùm pravæ conſuetudini Hebræorum, qui propè quamvis ob cauſam uxores dimittebant.

Tandem, ponitur fornicatio, quoniam ea directè cum matrimonio pugnat, *Hun. d. loc.* Planè Lutherus & Wigandus hæc arbitrio judicis committunt, ut is dijudicet, quatenus optimè conſcientijs conſultum foret.

An vero lepra ſit juſta divortij cauſa? diſcepatur. Quod verò lepra ſuperveniens, non diſſolvit matrimonium, & quod conjuges, propter lepram à conjugio non ſint ſeparandi, probatur. *in c. 1. 2. & t. t. de conjug. leproſor. & ibid. Panormitan. Felin. & alij Ccæ. Thom. 4. ſent. diſt. 32. q. 1. artic. 1.* Quod itidem noſtri quoq; ſtatuunt, Philip. *in Exam. ſub tit. de conjugio. Henning. de conjugio pag. 194. & 21. Beza de divort. pag. mihi. 97. Beuſt. de matrimon. pag. mihi. 131. & ſeqq. Forſt. lib. 9.*

N *de ſuc-*

de ſucceßion. in præfat. Wigand. de divort. Conſultat. Sax. d. lib. 2. q. 3. per l. ſi cum duo. §. ſi maritus ff. ſolut. matrim. c. final §. Illud. Ut lit. non conteſt Videatur etiam Menzer. de conjugio. & de leproſis. p. 107. & ſeq.

Num autem propter ſævitiam nimiam matrimoniũ dirimi debeat? quæritur.

Quod rectius negatur, inſuper habita *l. conſenſu. C. de repud. per locum Matth. 5. & 19. Nov. 117. Conſult. Sax. d. lib. 2. q. 2.*

Jtidem quæritur: an matrimonio propter adulterium diſſoluto, conjugum alter ad ſecunda vota tranſire poſſit?

Negant id Canoniſtæ communiter. Sed verior eſt ſententia; non ſolùm innocentem, ſed nocentem etiam, ad ſecunda vota tranſire poſſe, ſub conditionibus, quas refert *Autor. conſultation. Saxonic. d. lib. 2. q. 4. Philipp. in Exam. in loco De conjugio. Beza de Divort. pag. 175. & ſeqq. Borch. de gradibus. pag. 128.*

Sunt etiam nuptijs contraria prioris matrimonij ligamen, quo durante, ſecundum contractum non valet. *c. gaudemus. De divort. c. nuptiæ. 32. q. 1. l. eum qui duas. C. ad L. Jul. de adult. l. 2. C. de inceſt. nupt.* item, impotentia naturalis. *l. in cauſis. 10. C. de repud. t. t. extr. de frigid. & maleſic.* Hæc omnia matrimonium impediunt;

Digitized by Google

unt; & contractum dirimunt, ſicut & ſanguinitas & affinitas. *c. 1. de conſanguin. & affin.* adverſatur etiam conjugio infidelitas, hæreſis, & diſparitas religionis de quo plura tractat eleganter Weſemb. *in parat. De rit. nupt. circ. fin.* Alia conjugij quædam oppoſita recenſet Wigand. & Matth. Judex *in ſyntagm. in loc. de conjug. §. quæ oppoſita.* Videantur etiam *conſultat. Saxonic. p. 1. lib. 1. circ. fin. & lib. 2. paſſim.* Extat etiam de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium, *tit. 7 lib. 4. Decret. Gregor. & ibid. Gcc. itemq; cauſ. 31. q. 1.* ſub quâ, capitula quædam, inter ſeſe, non leviter pugnantia, reperiuntur, Videatur *Balth. Menzerus. de conjug. pag. 109. & ſeqq.*

De alijs diſſolvendi matrimonij modis videri poterit *Jul. Sannazar. de Rippa, de matrim. c. 3. art. 6. Georg. Mar. de Nigromonte. in tr. de divort. per tot.* De reliquo nuptiarum jure, ſi quid prætermiſſu ſit, ad nobiliſsimos & celeberrimos, hujus Academiæ quondam Profeſſores clariſſimos, anteceſſores noſtros, Joachimum à Beuſt in Planitz, qui tractatum connubiorum, Conradum Mauſerum, & Johannem Schneidwin, qui de *Nuptijs* ſcripſerunt, & junctim editi ſunt, me remitto.

Tantùm hac vice de *Nuptijs*.

Digitized by Google

DISPUTATIO

DE NUPTIIS

VVITTEBERGÆ PUblicè habita, 15. Septemb. Anno 1609.

PRÆSIDE

Dn. VALENTINO GUILIELMO FORSTERO, J. U. D. & Profeſſore Ordinario,

Reſpondente

CHRISTIANO CREMbergio Heinichenſi, Al. El. Saxon. nunc U. J. D. & Ducum Saſſoniæ Conſiliario.

THESIS I.

INquirit ſatis prolixè Nevizan. Sitne nubendum? & item, ſi ſeni, viduæ, diviti, &c. nubendum? Sanè Diogenes

Digitized by Google

nes ab omni ætate conjugium removebat his verbis, τῷ νέῳ μηδέποτε, τῷ γέροντι μηδεπώποτε. Et Bias, à quodam rogatus, deberetne uxorem ducere, an vitam vivere cælibem? reſpondit εἰ καλὴν, ἕξεις κοινὴν: εἰδὲ αἰσχρὰν, ἕξεις ποινὴν, & ſubſumit; non eſſe ducendam uxorem.

2. Lucianiſtæ quoque nuptias damnarunt, tanquam opus Diaboli: & Secundus quidam docuit, utentes conjugio, Satanæ opus implere; nec non μισογαμοι ἢ καὶ μισόγονοι Papiſtæ à conjugio ſacerdotes arcent.

3. Rectius autem Iuſtus Lipſius, quod genus humanum ſtare non poſsit, ſine viri mulierisq; cœtu; & quod, qui conjugium damnat, impius ſit in civium & naturæ legem.

Nam —— fuit hæc ſapientia quondam.
Concubitu prohibere vago, dare jura maritis &c.

4. Iſtorum verè hæreſis jam dudum eſt damnata; & in Canonibus Apoſtolorum, (ſi fide digni) Clericis matrimonium permiſſum; & in ſextâ demum in Trullo celebratâ Synodo prohibitum, & indies magis magisque, colore quidem aliquo, ſed abſque ratione repudiatum. Et præbet vel id Papiſtarum, quod ipſorum Pontifex ſit Antichriſtus, argumentum luculentum. Diabolus enim conjugij acerrimus hoſtis.

5. Antecedunt Nuptias ſponſalia, quæ ſunt mentio & repromiſſio nuptiarum futurarum: à ſpondendo ſic dicta, unde & Sponſi Sponſæque appellatio nata.

6 Sunt autem Sponſalia vel pura, vel conditionalia; quæ per interventum copulæ carnalis purificari ſolent; & item alia de præſenti, vel futuro, juxta Canoniſtas quam differentiam tamen D. Lutherus, & alij, hoc modo non admittunt.

7. Sunt etiam alia publica, alia Clandeſtina: Quæ ſi concurrant, tunc publica Clandeſtinis præferuntur, niſi ad Clande-

Digitized by Google

Clandeſtina copula acceſſiſſet. Tunc enim ea publicis præferenda forent: ſed hoc ita, ſi clandeſtina ſint priora. Nam aliàs ne quidem publica ſponſalia priora, tolli poſſunt per alia publica poſteriora, licet in his concubitus interveniſſet.

7. Porrò nuptiæ à nubendo, id eſt, velando ſic dictæ, matrimonium etiam, & connubium, & conjugium, item conſortium appellantur, ubi nimirum eadem res juxta varios reſpectus varia nomina fuit ſortita. Attamen interdum hæc in legibus ut diverſa, tanquam antecedentia, & conſequentia, ponuntur.

9. Nuptiæ autem, ſive matrimonium, eſt Viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem continens, ut ajunt Imperator & Triumviri: ſeu, ut Modeſtinus, Nuptiæ ſunt conjunctio maris & fœminæ, & conſortium omnis vitæ, divini & humani Juris communicatio.

10. Definiuntur nuptiæ CONJUNCTIO genere remotiore: Nam aliàs

propinquiore genere, verius eſt, quicquid contra docti viri dicant, quod Nuptiæ ſint contractus, & quidem ſpecies ſocietatis.

11. Dicitur in definitione *Viri & mulieris*, itemq; maris & fœminæ; cum ut Sodomia, quæ hodie combuſtione plurimum; tum ut Polygamia, quæ gladio punitur, excludatur; & ut hic, ab altero ſocietatis contractu, ſic in ſpecie dicto, commodius diſcernatur.

12. Dicitur INDIVIDUAM VITÆ CONSVETUDINEM continens, partim, ut alter contractus ſocietatis rerum, ab hoc omnis vitæ conſortio & divini & humani Iuris communicatione, partim, ut à concubinatu, matrimonium ſegregetur.

13. Nuptias contrahere poſſunt, qui non prohibentur. Prohibentur autem aliqui Lege ſolâ; quidam Lege naturaq;. *Lege ſolâ* prohibentur, ſtatus quidem ratione, qui non ſunt è numero Civium Romanorum; veluti ſervi, peregrini; Quod etſi factum ineptè putet Bodinus: Contrarium tamen, quod imò nec male, nec inhumanè, nec contra DEI verbum,

bum, ita jus conſtitutum ſit, eleganter docuit Donell.

14. Quamvis autem ab eo Jure deſciverint paulatim Romani; & differentia inter nuptias liberorum hominum, & ſervorum, hodie ſit ſublata; nec regionum diſcrimen amplius attendatur, ſucceſſit tamen in iſtius obſervationis locum ea, quæ concernit religionis diverſitatem. Matrimonium etenim inter fidelem & infidelem contrahi nequit; nec divino quidem jure: contractum tamen non facilè fuerit dirimendum; & ne quidem in totum, eo caſu: ſi ſeparatio propter intolerabilem ſuperſtitionem fieri poſſit, licet in illo Bellarmin. & Bez. in iſto Alb. Gentil. in hoc Franciſ. Balduin. diſſentire videantur.

15. *Extra ſtatus rationem* verò prohibentur nuptias contrahere lege ſolâ, quidam ob inæqualitatem; ætatis puta, vel dignitatis; alij propter officium, ſeu adminiſtrationem. Sic etenim vir Sexagenarius quinquagenariam ducere prohibetur. Quanquam & alia ratio poſſit allegari: & hæc prohibitio novo jure ſit ſublata: Sic interdicitur ordinis Senatorij Viro,

 liber-

libertinam uxorem ducere; Patronæ nubere liberto. Quod tamen & ipſum poſtea per Juſtinianum fuit abrogatum.

16. Propter adminiſtrationem, prohibetur provinciæ Prætor aliquam oriundam ex ea; vel ibi domicilium habentem ducere uxorem: itemque tutor vel curator, pupillam, vel adultam ſuam, ſibi, filióve matrimonio jungere, priusquam reddiderit rationes: niſi forſan à patre deſponſata, aut teſtamento ſit deſtinata. Pupillus tamen tutoris filiam rectè ſibi deſpondet.

17. *Lege naturaq; ſimul* prohibentur aliqui matrimonium contrahere, vel ob defectum animi, corporisvé; vel ob quandam conjunctionem. Illuc ſpectant infantes, furioſi, & qui propter corporis vitium ad generandum perpetuò ſunt inepti; Nec ad eam claſſem impuberes immeritò referuntur. Quanquam autem nequitia ſuppleat interdum ætatem; & exempla dentur impuberum, qui prægnantes fecerunt, & peperêre: Quanquam etiam Plato & Ariſtoteles, ineundo matrimonio præſcripſerunt ſat longum tempus: Legislatores tamen noſtri, conſi-

conſiderantes imbecillitatem naturæ, libidinemq; pungentem, certum huic rei modum dederunt, & liberum permiſerunt inire matrimonia tempore quovis; modò maſculi ſint puberes, fœminæ verò viri potentes.

18. Ob conjunctionem prohibentur, quidam cognationis, affinitatis alij. Cognationis autem, vel directæ, vel transverſæ: ſic etenim nuptiæ ſunt interdictæ inter aſcendentes, & deſcendentes: & in transversâ lineâ, inter eos, qui parentum & liberorum obtinent locum: alias etiam inter fratres & ſorores. Non tamen inter duorum fratrum aut ſororum liberos; quâ jus divinum, & Civile Romanum. Nam de Jure Græco, Canonico, Gotthico, Alemanico, Longobardico, & alijs quibusdam, res ſecus habet; & etiam quadantenus de Saxon. Elector. jure.

19. Ob conjunctionem affinitatis prohibentur, qui affines loco parentum & liberorum, aut etiam fratrum ſunt. Pater tamen & filius, matrem & filiam ex alio patre natam, & duo fratres, duas ſorores ducere poſſunt.

Digitized by Google

20. Requiritur autem in nuptijs, inter alia, conſenſus, tàm coeuntium, quàm eorum, in quorum ſunt poteſtate. Quanquam enim Guibert. Coſtan. defendere nitatur quod conſenſus parentum in nuptijs liberorum neceſſarius non ſit; & alij quoque variè divertant, verius eſt tamen eum de omni jure, Divino, naturali, Civili & Canonico, & in militis quoque nuptijs requiri. Adeò, ut ne rati habitio quidem habeat in nuptijs locum. An autem nuptiæ citra parentum conſenſum initæ reſcindi debeant, tum etiam, ſi copula carnalis fuerit inſecuta? & an ſi quis erret, & ab alio vitiatam ducat pro virgine, matrimonium ſit dirimendum? videbimus.

21. Mos etiam obtinuit, ut nuptiæ publicè contrahantur, in Eccleſia; benedictione ſacerdotali accedente. Si tamen juſta cauſa prohibeat, quo minus id fieri poſſit, etiam extra hunc ritum, nuptias & quidem ſine conſcientiæ læſione, fieri poſſe, cenſet Doneil. An autem olim deductio Sponſæ in domum mariti fuerit de matrimonij ſubſtantia? experiemur.

22. Finis

22. Finis nuptiarum eſt, propagatio ſobolis, &, ut evitetur libido. Inter effectus autem hic quoque, quòd conjuges ſibi invicem obligentur; & quod uxor virum proficiſcentem ſequi teneatur, & ad reverentiam marito exhibendam cogi poſſit: non tàm verberibus, quàm verbis, & denegatione neceſſariorum; Eſt etiam hic effectus, quod liberi ex juſtis nuptijs ſuſcepti, juſti ſint, & legitimi, licet ſeptimo menſe nati; & licet adulterij crimen mulieri objiciatur; niſi graves præſumtiones extent. Undecimo tamen, vel ulteriore menſe, natus, noſtris, legitimus non habetur.

23. Accedunt etiam nuptijs interdum, dos, & donatio propter nuptias, itemq; pacta doralia. Quæ tamen ſi facta fuerint in vim ultimæ voluntatis, aut donationis mortis causà, poſtmodum per alterutrum conjugum mutari poſſunt: ſecus, ſi ſint facta per modum contractus.

24. Dos autem hoc Privilegium habet, quod mulier ejus ratione præferatur omnibus mariti Creditoribus, qui non expreſſam anteriorem hypothecam habent. Sponſa verò quæ Sponſo dotem

dedit,

dedit, eodem Privilegio, ſi nuptiæ non ſecutæ fuerint, haud gaudet, ſecundum opinionem communiorem.

25. Dirimitur matrimonium, morte & divortio: puta propter deſertionem & adulterium, veneficium & ſimilia crimina. Etſi namq; Beza, Gentil. & alij quidam, nullam cauſam præter adulterium admittant, cæteri tamen contrarium verius arbitrantur: lepram ſanè juſtam divortij cauſam eſſe, negant pleriq;.

DEO Sit Laus.

AD TITULUM DE NUPTIIS X.

Spicilegia.

CONTINUATIO.

